Annotationes ad Scholia in Sophoclis Tragoedias

ANNOTATIONES

AD

SCHOLIA IN SOPHOCLIS TRAGOEDIAS SEPTEM.

SCRIPSIT

B. KRUYTBOSCH.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD S. C. VAN DOESBURGH.
MDCCCLXXXII.

ANNOTATIONES

AD

SCHOLIA IN SOPHOCLIS TRAGOEDIAS SEPTEM.

ANNOTATIONES

AD

SCHOLIA IN SOPHOCLIS TRAGOEDIAS SEPTEM.

SCRIPSIT

B. KRUYTBOSCH.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD S. C. VAN DOESBURGH.
MDCCCLXXXII.

ANNOTATIONES

AD

SCHOLIA IN SOPHOCLIS TRAGOEDIAS SEPTEM.

ANNOTATIONES

AD

SCHOLIA IN SOPHOCLIS TRAGOEDIAS SEPTEM.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

M. I. DE GOEJE,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET IN FACULTATE LITERARIA PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN LITERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

In Academia Lugduno-Batava

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

BARTHOLDUS KRUYTBOSCH,

CAMPENSIS.

DIE VII MENSIS IULII A. MDCCCLXXXII, HORA II—III.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD S. C. VAN DOESBURGH.
MDCCCLXXXII.

EX TYPOGRAPHEO I. C. DRABBE.

PARENTUM PIAE MEMORIAE.

Scholia in Sophoclis Tragoedias septem e Codice MS. Laurentiano descripsit Petrus Elmsley.
Scholia in Sophoclis Tragoedias septem ex Codicibus aucta et emendata, Volumen II. Edidit G. Dindorfius.

OEDIPUS REX.

16. 2. *Ἴθ' ὦ βροτῶν ἄριστε: Διεξελθὼν τὰ τῆς πόλεως κακὰ, καὶ ὅτι ἱκανός ἐστιν ἐπινοῆσαι ἀπαλλαγὴν, ἐπάγει ὅτι καὶ χρήσιμον σῶσαι τὴν πόλιν, μᾶλλον δὲ κινδυνῶδες τὸ ἀμελῆσαι.*

Post *καί* inserendum videtur *αὐτῷ*.

ἐπάγει ὅτι καὶ αὐτῷ χρήσιμον σῶσαι τὴν πόλιν, non solum e re civitatis, sed etiam Oedipo ipsi utile et necessarium.

58. *Ὦ παῖδες οἰκτροί: Οὐκ εἰς τὴν ἡλικίαν τοσοῦτον τὸ, ὦ παῖδες, ὡς ἂν ἁρμόζον ἐστὶ τῷ φιλοφρονουμένῳ ἤθει.*

Pro *ὡς ἄν* P. N. Pappageorgius in libro nuperrime edito (Kritische und palaeographische Beiträge zu den alten Sophokles-Scholien) scribit *ὅσον*. Recte.

70. 2. *Γαμβρὸν δὲ, ἁπλοϊκῶς ἀντὶ τοῦ κηδεστήν.*

Haec observatio, quamvis in universum vera, hoc loco melius abesset. Creon enim, Iocastae, Oedipi uxoris, frater huius levir erat.

80. 3. *Εἴθε οὖν παραγένοιτο Κρέων ἐπί τινι σωτηρίᾳ τύχῃ λαμπρὸς, ὥσπερ ἐκ τῆς περὶ τὸ πρόσωπον καταστάσεως φαιδρός.*

Aut *λαμπρός* omittendum, aut postrema verba pro integro scholio cum suo lemmate accipienda: *λαμπρὸς (ὥσπερ ὄμματι)] ὥσπερ ἐκ τῆς περὶ τὸ πρόσωπον καταστάσεως Φαιδρός*. Quod Nauckius pro *λαμπρός* scribendum proponit *Φαιδρός* id igitur commendatur scholio.

110. *'Αλωτόν] Ὥστε καὶ εὐχερῶς μὴ εἰς πολλὰ πλανωμένους ἐξευρεῖν. 'Απὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἔφασκε.*

Haec igitur Scholiasta ita accepit, quasi Apollinis verba essent, quam interpretationem recentiores editores secuti e coniectura Valckenarii *ἐκφεύγει* mutarunt in *ἐκφεύγειν*. Ego vero hic nihil mutandum censeo. Creon enim verba: *τὸ δὲ ζητούμενον ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον* de suo addidit, quibus Oedipum ad sceleris indefessam investigationem incitaret. Quod consulto ita a poeta institutum est, ut postea Oedipo suspicio augeretur, dolo malo a Creonte haec ita comparata esse.

130. Oedipo roganti quid prohibuisset quominus statim post Laii necem eius interfectorem investigarent punirentque respondet Creon:

ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὸ πρὸς ποσὶν σκοπεῖν
μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προσήγετο.

Horum versuum duas praebent Scholia interpretationes, quarum prior vera, altera autem falsa et absurda: *ἡ Σφὶγξ ἠνάγκαζεν ἡμᾶς, μεθέντας τὸ σκοπεῖν τὰ κατὰ τὸν φόνον, τὰ πρὸς ποσὶν ἀφανῆ ζητεῖν, τουτέστιν, τὰ ἀφανῆ αἰνίγματα.*

Qui haec scripsit pro *τὸ πρὸς ποσίν* legit *τὰ πρὸς ποσίν* et haec verba coniunxit cum voc. *τἀφανῆ*.

Sequitur scholium ad vs.:

132. *'Αλλ' ἐξ ὑπαρχῆς: Αὖτις ζητεῖν τὰ παρακείμενα ἡμῖν. Οἷον, ἀναδραμοῦμαι ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ πράγματος, καὶ εἰς φῶς ἄξω.*

Acutissime Pappageorgius vidit verba: *αὖτις ζητεῖν τὰ παρακείμενα ἡμῖν* huc non pertinere, quia ad poetae verba inter-

pretanda hoc loco nihil faciant, immo explicationem verborum: *ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις αὖτ' ἐγὼ φανῶ* incipere a verbis sequentibus: Οἷον, *ἀναδραμοῦμαι ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ πράγματος.* Iungit igitur prima huius scholii verba cum postremis antecedentis scholii, vocabulo *αὖτις* in lemma recepto, ita ut legendum sit:

130 in fine *τουτέστιν, τὰ ἀφανῆ αἰνίγματα ζητεῖν τὰ παρακείμενα ἡμῖν.*

132 in initio Ἀλλ' *ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις*: Οἷον, *ἀναδραμοῦμαι ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ πράγματος.*

3. 2. *Δείματι πάλλων*] Ἀντὶ *τοῦ, παλλόμενος φόβῳ, ἀγωνιῶν γρ. πολλῷ.*

Elmsleius recte observat variam lectionem ortam esse ex non intellecta significatione neutra verbi *πάλλων.*

160. Scholium huic versui adscriptum e duabus partibus conglutinatum est, particula *δέ* inter se iunctis. Prior enim pars: *ἐπειδὴ ἡ αὐτή ἐστι τῇ* Ἑκάτῃ. Ἡ *δὲ θεὸς αὕτη ἐν ταῖς ἀγοραῖς εἰλεῖται* referenda ad verba: *ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει.* Altera: Γαιάοχον *δέ, ἀντὶ τοῦ πολιοῦχον.* Ὥστε *τὴν γῆν ἀντὶ τῆς πόλεως εἴληφεν* continet interpretationem verborum: *γαιάοχόν τ' ἀδελφεάν.*

162. Καὶ *Φοῖβον ἑκαβόλον*: Τάχα *μὲν διὰ τὸ ἐπὶ λοιμῷ τὴν εὐχὴν γενέσθαι, ὧν αἴτιος εἶναι δοκεῖ·*

Pro *ὧν* scribendum *οὗ.* Pertinet enim ad *λοιμῷ.*

164. Totum scholium spectat ad duo verba: *ἠνύσατ' ἐκτοπίαν,* neque quidquam ei inest, quod sit referendum ad lemma, quod ei praefixum est.

190. Ἀρεά *τε τὸν μαλερόν*: Ἀντὶ *τοῦ, τὸν καταμαραίνοντα.* Τάττει *δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ λοιμοῦ, τοῦ δίκην ἀναιροῦντος πολέμου.* Ita haec Elmsleius edidit ex mutatione Editoris Romani; Codex enim habet: *τὸν δίκην ἀναιροῦντα πολέμου,* neque hoc erat tangendum. Referendum enim ad Ἄρεα *τὸν μαλερόν, τὸν κατα-*

μαραίνοντα et verba: *Τάττει δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ λοιμοῦ* dicta sunt *διὰ μέσου*.

198. 3. *Βούλεται δὲ λέγειν, ὅτι τὰ κακὰ ἀδιάλειπτον ἔχει.* Requiri videtur adverbium: *ἀδιαλείπτως*.

236. Ultima scholii ad hunc versum verba per se accipienda, ut integrum reddant scholium ad versum antecedentem referendum, cuius scholii lemma efficiunt verba: Ἃ 'κ *τῶνδε*, interpretationem autem ea quae sequuntur: *ἀπ' αὐτῶν ἀναγκασθεὶς τῶν πραγμάτων*.

Post inserto *δὲ* ab epitomatore, more suo, cum antecedentibus in unum coniuncta.

270. *Ἀνιέναι: τουτέστι καρπόν.*

Ἀνιέναι errore, ni fallor, pro *ἄροτον*.

332. *Ἐγώ τ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγύνω: ἑαυτὸν ἀλγύνειν ἔφη, ἴσως ἐπιστάμενος ὅτι κακῶς ἀκούσεται ὑπ' αὐτοῦ ἀπιστούμενος.*

Ad haec editor Elmsleius annotat: MS. *αλγ*ʸ, mox *ἀλγυνειν* sine accentu, in textu vero *ἀλγύνῶ* altero [quo?] accentu eraso. Ed. Rom. *ἀλγύνω* et *ἀλγύνειν*. Ita legisse videtur grammaticus." Contra mihi et poeta scripsisse et grammaticus legisse videtur id quod ipse sensus postulat: *ἀλγυνῶ* et *ἀλγυνεῖν*.

372. *Οὐδείς ἐστιν ὃς οὐ ταῦτά σοι ὀνειδιεῖ, ἅπερ μοι ὠνείδισας.*

Pro *ταῦτά* scribendum *ταὐτά*.

374. 3. *διὰ τὸ πηρὸν εἶναι ἐλεοῦσί σε πάντες. Ἀπόχρη γὰρ καὶ τὸ τῆς πηρώσεως.*

Illud *καὶ* quod sententiae nocet eiiciendum et *σοι* e codice G. inserendum: *ἀπόχρη γάρ σοι τὸ τ. π.*

377. Ad hunc versum duo scholia exstant haec:

Ἱκανός] *Ἀντὶ τοῦ, τὰ κατ' ἐμὲ ἐκδικῆσαι.*

Ἐκπρᾶξαι μέλει] *Λείπει, ἐάν με φονεύσῃς.*

Priori scholio falso ab Elmsleio lemma *ἱκανός* praefixum; continet enim interpretationem vocabuli *ἐκπρᾶξαι*, ita ut duo

scholia arte cohaereant. Ceterum ex hisce apparet Scholiastam quoque legisse, id quod in omnibus Codicibus reperitur: *οὐ γάρ με μοῖρα πρός γε σοῦ πεσεῖν*, pro quo Brunckius restituit *οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν*, ut sensus verborum hic sit: neque ego tibi nocebo; non enim in fato est ut per me cadas, quum hoc ipsum, ut cadas, Apollinis sit perficere. Significat enim *ἐκπρᾶξαι* efficere, quod scholiasta male ulciscendi sensu accepit, ita ut hoc Tiresiam dicere putet: Si me necas, Apollo caedem istam ulciscetur.

456. Poeta verba: *ξένην ἔπι σκήπτρῳ προδεικνὺς γαῖαν ἐμπορεύσεται* perperam ita interpretatur scholiasta: *Τὸ σκῆπτρον δεικνὺς* (Codex G. *προδεικνύς*, recte, opinor; citantur enim poetae verba.) *σύμβολον τῆς ἑαυτοῦ εὐγενείας, ὅτι ἐκ βασιλέως πτωχὸς ἐγένετο.* Immo, ut Seneca dicit, significat: „baculo senili triste praetentans iter."

Fieri tamen potest, ut e Scholiastae verbis colligendum sit pro *σκήπτρῳ* legisse eum *σκῆπτρον.*

13. 3. Verborum: *τίς ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα*, haec scholia leguntur: *Ὁ δὲ νοῦς· τίς ἐστιν οὗτος, ὅντινα ἐμφανίζει τὸ μαντεῖον· ἢ οὕτως· τίς ἐστιν οὗτος, ὃν κατώπτευσεν ἡ Δελφὶς πέτρα, οἷον, ὃ μὴ λαθὼν τὸ μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος.*

Horum diversi sunt auctores. Priora qui scripsit legit id quod etiamnunc legitur: *Τίς ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα.* Alter autem, annotans: *ὃν κατώπτευσεν* et *ὃ μὴ λαθών* pro *εἶπε* legisse videtur *εἶδε.*

477. *Τὸ δὲ ἐξιχνεύειν ἐπήγαγεν καὶ τὰ ἄλλα ὀνόματα τροπικῶς, ὡς ἐπὶ ἄγρας ταύρων τῶν ὑπὸ πάντων ζητουμένων καλῶν, καὶ ὥσπερ ἐν ὕλῃ κεκρυμμένων.*

Pro absurda voce *καλῶν* ex G. restituendum *κυνῶν.*

492. *Πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ*] *Ποίῳ λογισμῷ. Ἀντὶ τοῦ, τίνος πράγματος κρίσει χρησάμενος, τοῖς λεγομένοις πιστεύσω κατὰ Οἰδίποδος.*

Videtur igitur Scholiasta in poetae verbis post *ἔμαθον* plene interpunxisse, et sequentia pro integra interrogatione accepisse.

511. Τῷ] *Λείπει τὸ ἕνεκα.*

Qui haec annotavit pro *τῷ* legit *τοῦ*.

599. *Πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμι: Προκατασκευάσας ὡς ἄμεινόν ἐστιν αὐτῷ τοῦ τυραννεῖν, τὸ ἀφόβως κοινωνεῖν τῇ τυραννίδι, τοῦτο ἐπήνεγκεν.*

Pro *τῇ τυραννίδι* scribendum *τῆς τυραννίδος*.

Habet enim verbum *κοινωνεῖν* genetivum rei, quae cui cum altero communis est, dativum autem eius cum quo aliquid commune habemus.

Cf. Scholium ad vs. 603: *εἰ κατεκοινώνησα τοῦ μαντείου τῷ Τειρεσίᾳ.*

607. *Ὅτι καὶ αὐτὸς τὸν ἐμαυτοῦ καταψηφίσομαι θάνατον.* Omisso articulo scribendum: *αὐτὸς ἐμαυτοῦ καταψηφίσομαι θάνατον.*

677. *Σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος: Σοῦ μὲν μὴ ἐπισταμένου τὴν ἐμὴν προαίρεσιν, παρὰ δὲ τούτοις τῆς ὁμοίας δόξης ἣν καὶ πρώην εἶχον περὶ ἐμέ.*

In his aliquid requiritur. Unde enim genetivus ille *τῆς ὁμοίας δόξης* pendet? Post *δόξης* inserendum videtur participium *τυχών* idque e poetae verbis.

660. 2. *Ἥλιον δὲ ὄμνυσιν, ὅτι πάντα ἑωρακὼς* (ita enim constanter scholia pro *ἑορακώς*) *αὐτὸς συνῄδει τὸ πᾶν.*

Illud *αὐτός* admodum friget, neque quomodo accipiendum sit, intelligo. Mutandum videtur in *αὐτῷ*, ut Chorus Solem, *ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει*, testem suae mentis invocet.

766. Oedipus quum rogavisset possetne fieri ut servus ille, qui solus e numero comitum occisi Laii salvus evasisset, rure, ubi degeret, Thebas arcesseretur, Iocaste ei respondit:

πάρεστιν· ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι;

i. e. Fieri potest, efficietur, quod cupis; verum quo consilio

hoc a me quaeris? πάρεστιν igitur idem hoc loco significat quod ἔξεστιν, δυνατόν ἐστιν, neque cum Scholiasta interpretandum: νόμιζε (alii νομίζω) αὐτὸν παρεῖναι, fac, eum adesse.

778. Σπουδῆς] Ἀρετῆς.

Non video, quomodo σπουδῆς per ἀρετῆς explicari possit. Requiritur potius φροντίδος, ὀργῆς.

863. Εἴ μοι ξυνείη φέροντι: Εἴθε μοι συνοικοίη τὴν ἄχραντον καὶ σεβασμίαν ἀλήθειαν διασώζοντι.

Deest substantivum quod verbi συνοικοίη subiecti vice fungatur. Debet hoc esse μοῖρα vel εὐτυχία ut e sequentibus scholii verbis apparet: οἷον, εἴθε μοι συνείη εὐτυχία, καὶ λόγων καὶ πραγμάτων ἁγνείαν φυλάττοντι.

Μοῖρα δὲ, εὐτυχία.

868. Οὔτε ὑπὸ ἀνθρώπων εὕρηται ὁ περὶ θεῶν λόγος.

Pro λόγος scribendum νόμος.

Dicit enim poeta: νόμοι — ὧν Ὄλυμπος πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτεν.

888. Δυσπότμου χάριν χλιδᾶς: Ἕνεκα (φησὶ) τῆς ἀνοσίου τρυφῆς καὶ ὑπερηφανίας. Ὑπὸ τρυφῆς γὰρ καὶ ἐπὶ τοιαῦτα οἱ τύραννοι παραγίνονται.

Post καί ex antecedentibus repetendum videtur ὑπερηφανίας, non quia per se haec repetitio necessaria sit, sed quia καί indicat aliquid omissum esse. Praeterea G. habet ἐπὶ τὰ τοιαῦτα, recte, ut opinor.

901. Εἰ μὴ ταῦτα — φανερὰ καὶ κατάδηλα γένηται, οὐκέτι τιμήσω θεούς.

Ut insolens structura evitetur scribendum εἰ μὴ — γενήσεται.

1200. Scholiastam annotantem: ἀσφάλεια καὶ ἀπαλέξησις γέγονε apparet legisse ἀνέστα, quod in Codice Laurentiano legitur, ceteris Codicibus praebentibus ἀνέστας, unde Elmsleius coniicit poetam scripsisse ἀναστάς.

1247. *τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι* (Laius)
τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν.

Ad haec Scholiasta: *Τὴν δὲ γυναῖκα λίποι τὴν ἑαυτοῦ. Τουτέστι, τῷ υἱῷ γυναῖκα παιδοποιόν.*

Manifesto haec corrupta; ut poetae verborum sensus recte a Scholiasta reddatur, eius verba ita emendanda: *τὴν δὲ γυναῖκα λίποι τοῖς* (vel *τῷ*) *ἑαυτοῦ, τουτέστι τῷ υἱῷ, γυναῖκα παιδοποιόν.*

1416. *Ὧν ἐπαιτεῖς*] *Ὧν χρείαν ἔχεις εἰς βοήθειαν.* Male igitur Scholiasta coniunxit verba: *ὧν ἐπαιτεῖς εἰς δέον.* Immo *εἰς δέον*, per se accipiendum, significat *καίριος*, opportuno tempore.

1488. Oedipus de filiabus:

νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου,
οἷον βιῶναι σφῷ πρὸς ἀνθρώπων χρεών.

Schol. *Πῶς ὑμῖν βιῶναι ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀνάγκη. Ἢ ἡ προς ἀντὶ τῆς μετα, ἀντὶ τοῦ, μετὰ ἀνδρῶν.* Postremum vocabulum *ἀνδρῶν* igitur mutandum in *ἀνθρώπων.*

OEDIPUS COLONEUS.

34. Οὕνεχ' ἡμῖν αἴσιος: Ὅτι αἴσιος ἡμῖν σκοπὸς ἀφῖξαι, ὥστε φράσαι περὶ ὧν ἀγνοοῦμεν.

Sequitur: ἢ ὥστε φράσαι ἡμῖν ἃ σοι λέξομεν, deinde glossae: Τῶν] Ἀντὶ τοῦ τούτων. Δηλοῦμεν] Λέξομεν.

Priora qui scripsit manifesto legit id quod hodie quoque legitur: οὕνεχ' ἡμῖν αἴσιος σκοπὸς προσήκεις τῶν (Elmsleius ὧν) ἀ δ η λ ο ῦ μ ε ν φράσαι.

Alterius autem scholii et glossarum auctor ab hoc diversus legit: τῶν ἃ δ η λ ο ῦ μ ε ν.

10. 4. Inter alia quibus Scholiasta vocis βέβηλος significationem illustrat, hic quoque legitur versus: Ἀείδω ξυνετοῖσι· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. in quo pro βέβηλοι scribendum β ε β ή λ ο ι ς: claudite ianuas τοῖς βεβήλοις, profano vulgo.

Post pauca enim in eodem Scholio haec leguntur: ἐκ μεταφορᾶς δὲ βεβήλους καὶ τοὺς ἀμυήτους φασὶ, καὶ ἀκαθάρτους.

39. Ἄθικτος οὐδ' οἰκητός: Φύλαρχος φησὶ δύο αὐτὰς εἶναι, τά τε Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο. Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτὰς φησί.

Scholium non ad lemma referendum, quod ei praefixum est, sed ad verba sequentia, quae de Furiis agunt.

43. 4. *Ἄλλα ὀνόματα παρ' ἄλλοις καλὰ νομίζονται, παρ' ἡμῖν δὲ ταῦτα, τὸ ὀνομάζειν αὐτὰς Εὐμενίδας.*

Pro *ταῦτα* scribendum *τοῦτο*; opponitur enim nomen Eumenidae, quo Coloniatae Furias appellant, diversis aliis nominibus, quibus ab aliis invocantur.

55. *Ὁ πυρφόρος θεός*] *Ὁ Ἥφαιστος.*

Intelligi vix potest, quomodo Scholiasta per verba *ὁ πυρφόρος θεός* Vulcanum indicari putaverit, quum ipse poeta diserte addat: *Τιτὰν Προμηθεύς.* Error natus videtur e proximo scholio, in quo Vulcanus cum Prometheo coniunctus occurrit.

56. 7. Male poetae verba intellexit scholiasta, ordinem verborum hunc esse dicens:

Τὸ δὲ ἑξῆς· Ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον χθονὸς τῆσδε, καλεῖται χαλκόπους ὁδός. Ita enim constanter in scholio nostro pariter ac in textu scriptum est, quamquam cum e sensu, tum e verbis: *δι' αὐτοῦ, τοῦ χαλκοῦ ὁδοῦ* (ibi quoque cum spiritu aspero), *χάλκεος οὐδός* apparet scribendum esse *ὀδός*.

84. *Ὦ πότνιαι δεινῶπες*] *Τὸ ἐντελὲς, ὦ πότνιαι.* Haec annotatio causa fuisse videtur quare Editor Romanus in lemmate scripserit: *Ὦ πότνι' ὦ δεινῶπες.* Contra Pappageorgius scholiastam, poetae verbis male divisis, legisse putat: *ὦ πότνι' αἱ δεινῶπες,* non curantem an ultima syllaba vocabuli *πότνιαι* elidi posset. In eodem scholio haec leguntur: *μὴ ἐναντιώθητέ μοι καὶ τῷ χρήσαντί με Ἀπόλλωνι*, in quibus pro *με* scribendum *μοι*.

97. *Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστόν: Οἷον, κατὰ διάνοιαν (φησὶν) ἐξ ὑμῶν τῶν θεῶν εἰς τὸν τόπον ἀφῖγμαι.* Scribendum: *εἰς τοῦτον τὸν τόπον.*

100. 9. *Καὶ οὐ μόνον θυσίας νηφαλίους* (haec forma enim bis in hoc scholio legitur; contra in initio *νηφάλιαι*, quod fortasse in *νηφάλιοι* mutandum) *ἀλλὰ καὶ ξύλα τινὰ, ἐφ' ὧν ἔκαιον.* In his verbum desideramus. Vult enim dicere: neque sacra

tantum ieiuna dicebant, verum etiam ligna, in quibus haec sacra cremabantur. Omissum igitur videtur verbum *ἐκάλουν* post *νηφαλίους* inserendum.

151. 3. *Δυσαίων*: *Δυστυχὴς καὶ γέρων εἶ, ὡς ἔστι τὸ* (ed. Rom. hoc *τό* omittit, Pappageorgius mutat in *τοῦτο*) *στοχάσασθαι ἀπὸ τοῦ εἴδους.*

Et iterum:

152. *Μακραίων τε*] *Λείπει τὸ εἶ.*

Nihil vero omissum, sed verba *δυσαίων μακραίων τε* appositionis loco addita sunt.

153. Chori verba: *ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ*

προσθήσεις τάσδ' ἀράς, ita interpretatur scholiasta: *Ἀλλ' οὐκ ἄν με* (*φησὶν*) *αἰτιάσῃ, ὡς μὴ προμηνύσαντά σοι μὴ εἰσελθεῖν εἰς τόδε τὸ ἱερόν. Ἐάν τις* (*φησὶν*) *ἀγνοοῦντά τινα, καὶ μιαίνοντα* (Brunck: *ἐμβαίνοντα*, fortasse recte) *τόπον ἄβατον μὴ διδάξῃ, αὐτὸς ἐνέχεται ταῖς ἀραῖς. Οὐκ ἐμοὶ οὖν* (*φησὶ*) *προσθήσεις τὴν σὴν ἀράν. Προαπαγγελῶ* (melius *προαπαγγέλλω* Brunck) *γάρ σοι μὴ πατεῖν τὸν ἄβατον τόπον.*

Dicit igitur Scholiasta hunc poetae verbis sensum inesse: „neque culpam violati et polluti sacri in me transferre poteris, ut qui te non monuerim, ut caveres; denuntio enim tibi te stare loco, quem tangere nefas est." Iungit igitur verba: *προσθήσεις ἐν ἐμοί* et haec ita interpretatur: *οὐκ ἐμοὶ οὖν προσθήσεις τὴν σὴν ἀράν.*

Verum haec omnia falsa, neque in scholiastae interpretatione elucet vis voculae *γε*, in verbis *ἔν γ' ἐμοί*, quae optime sentitur, si poetae verba ita interpretamur: „Verum, quantum per me quidem licet, has noxas, ob quas diris devoveberis (scilicet, ubi nemus inaccessum intraveris) non addes (nempe: malis, quae iam perpessus es).

156. *Ἀλλ' ἵνα μὴ προσπέσῃς*: *Ἀντὶ τοῦ, μὴ προσπέσῃς. Καὶ*

κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν εἰώθαμεν λέγειν οὕτως, ἵνα παραγένῃ πρὸς ἐμὲ, βούλομαί σοι σημαίνειν. Οὕτω Δίδυμος.

Hic igitur verba *ἵνα μὴ προσπέσῃς* (vel potius cum Hermanno *προπέσῃς*) per se dicta accepit, ut latine dicitur: ut hodie sis apud me. Aliter meliusque verborum ordinem exponit is, qui in Scholio ad proximum versum scribit: Τὸ *δὲ ἑξῆς· ἀλλ' ἵνα τῷδε μὴ προσπέσῃς νάπει ποιάεντι, μετάστηθι.*

159. Μειλιχίων *πότων*: Γλυκέων *πότων, ὅ ἐστι, μέλιτος, οἷς μειλίσσουσι τὰς θεάς.* Συγκιρνᾶται *γὰρ ταύταις ταῖς θεαῖς ὕδατος καὶ μέλιτος κ ρ α τ ή ρ.*

Ad ultimum vocabulum *κρατήρ* annotat Elmsleius: MS. *χρή.* Ed. Rom. *κρᾶμα.*

Miror editores non vidisse illud *χρή* quod in Codice legitur nihil aliud esse nisi *χ ο ή.* Χοή enim non de solis inferiis dici, testantur huius ipsius fabulae vss. 470 et 1595, ubi de manibus sermo non est. Praeterea, si *χοή* inferias significat, melli et aquae etiam vinum admisceri testis est Homerus Od. 10. 518. *ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσιν, πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ* Ϝηδέϊ Ϝοίνῳ, *τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι.*

Libamina autem Furiarum vino carere ipse Sophocles nos docet, verbis *νήφων ἀοίνοις* (vs. 100) et *ὕδατος, μελίσσης· μηδὲ προσφέρειν μέθυ* (vs. 481). Quibus consideratis non dubito in scholio nostro scribere: *Συγκιρνᾶται γὰρ ταύταις ταῖς θεαῖς ὕδατος καὶ μέλιτος χοή.*

203. *Ὅτε νῦν χαλᾷς: Ὅτε νῦν εἵκεις καὶ οὐκ ἀντιτείνεις τὸ ἐξελθεῖν.* Λέγει *δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ.*

Pro *τό* scribendum *τῷ*: *οὐκ ἀντιτείνεις τῷ ἐξελθεῖν.*

237 in fine. *Οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Διδύμου τούτων ὀβελισθὲν εὕρομεν.*

De Didymo principali Scholiorum auctore conferantur quae Gustavus Wolffius disputavit in Capite secundo libri de Sophoclis Scholiorum Laurentianorum variis lectionibus.

263. *Κἀμοί γέ που ταῦτ' ἐστίν*: Καί μοι ποῦ ταῦτά ἐστι τὰ λεγόμενα περὶ 'Αθηνῶν;

Apparet igitur Scholiastam non *που*, sed *ποῦ* legisse, quod in lemmate quoque restituendum.

268. E scholiastae annotatione apparet eum legisse: *εἰ — χρεῖ' ἢ λέγειν·*; hanc enim scripturam defendit contra aliam *εἰ — χρεῖ' ἢ λέγειν*, recte dicens *α* vocabuli *χρεῖα* breve esse, alias enim elidi non posse.

296. *Εὖ τῇ οἰκονομίᾳ, ὥστε μὴ διατριβὰς γενέσθαι, τίς ὁ καλέσων ἔσται.* Recte quidem haec annotata, modo referantur ad versus sequentes 297 et 298, ubi legitur:

σκοπὸς δέ νιν,
ὃς κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμψεν. οἴχεται στελῶν.

337. De Aegyptiis narratur: *Τὸ (μὲν γὰρ) ἐξίστασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους, ὁμοτρόπως καὶ ἡμῖν διοικοῦσι, τῶν δ' ἄλλων οὐδέν.*

In quibus non intelligo, quomodo verba *καὶ ἡμῖν* explicanda sint. Praeterea Codex habet *ἡμῖν καί*, ab editore Romano inverso ordine positum. Unde augetur suspicio *καί* eiiciendum esse, ut scribatur: *ὁμοτρόπως ἡμῖν διοικοῦσι*, quemadmodum Herodotus II. 49 dicit: *ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι.*

Quae ex Nymphodori libro, cui *Βαρβαρικὰ νόμιμα* inscriptio fuit, attulit Scholiasta, ad amussim respondent iis, quae de Aegyptiorum moribus narrat Herodotus II. 35—37.

354. *Μαντεῖ' ἄγουσα*: Ποῖα μαντεῖα; ὅτι ὅπου δ' ἂν ταφήσεται, σωτήριος ἔσται τῇ γῇ ἐκείνῃ.

Brunck e Triclinio scripsit: *ὅπου δ' ἂν ταφῇ*. Si quid in vulgata scriptura mutandum, scripserim: *ὅπου δ' ἂν ταφῇ, ἔσται σωτήριος τῇ γῇ ἐκείνῃ*, deleto altero *ἔσται*.

403. *Κἄνευ θεοῦ*: οἷον, πῶς ἄν τις ταῦτα δύναιτο μαθεῖν ἄνθρωπος ὤν, θείας δυνάμεως χωρίς; Legit igitur Scholiasta: *κἄνευ θεοῦ τίς τοῦτό γ' ἂν γνώμῃ μάθοι*; Praestat tamen vulgata

scriptura: *κἄνευ θεοῦ τις τοῦτό γ' ἂν γνώμῃ μάθοι.*, cuius hic est sensus: hoc, scilicet, me etiam mortuum illis infensum fore, vel non monente deo quivis facile intelliget.

424. *Κἀπαναιροῦνται*] *Κατ' ἀλλήλων ἐπαίρουσιν.*

Scholiasta igitur legisse videtur *κἀπαναίρονται*, quod recentiores editores e coniectura Hermanni scribunt pro Codicum scriptura *κἀπαναιροῦνται*.

431. *Θέλοντι*] *Τὸ ἐξορισθῆναι.*

Manifesto spectat ad verba: *τοῦτο — τὸ δῶρον*, quae igitur pro lemmate ponenda sunt.

437 seqq. Dicit Oedipus:

> *χρόνῳ δ', ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,*
> *κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι*
> *μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων.*

Ad vs. 438 annotat Scholiasta: *Ὅτε ἐκεῖνοι ἔγνωσαν πέψαντά με τὸν θυμόν.* Verbum *ἐμάνθανον* igitur refert ad Oedipi filios, quod manifesto falsum; de ipso enim Oedipo hoc intelligendum, qui hoc dicit: Post aliquod temporis spatium, cum intelligerem me ira abreptum gravius quam pro delictis in me supplicium statuisse.

457. *Εἰ ὑμεῖς συμβάλλησθέ μοι, ἑαυτῶν συμβάλλεσθε. Χρησμὸς γὰρ ἦν, ὡς εἰ Ἀθηναῖοι τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐγκρατεῖς γένωνται, ἔσοιτο αὐτοῖς ποτε σωτὴρ πολιορκουμένοις ὑπὸ Θηβαίων κ. τ. ἑ.*

Bis hoc loco *εἰ* cum coniunctivo coniunctum occurrit; bis igitur medicina adhibenda. Scribendum igitur: *εἰ ὑμεῖς συμβάλλεσθε*, et ita iam Editor Romanus, qui praeterea pro *ἑαυτῶν* scribit *ἑαυτοῖς*. Aliquanto melius fortasse erit scribere *συμβαλεῖσθε*; futuri enim temporis notio poetae verbis inest et ipse poeta futuro utitur: *τῇδε μὲν τῇ γῇ μέγαν σωτῆρ' ἀρεῖσθε*. In fine Scholii scribendum: *εἰ Ἀθηναῖοι — ἐγκρατεῖς γένοιντο.*

195. 2. Λείπομαι γὰρ τῆς πράξεως ὑπὸ δύο κακῶν, τῷ τε μὴ δύνασθαι καὶ τὸ μὴ ὁρᾶν.

Ita MS. Alii aliter emendant. Scribendum: τῷ τε μὴ δύνασθαι καὶ τῷ μὴ ὁρᾶν.

Sexcenties in his scholiis pro τῷ scriptum τό.

499. Ἐκτείνουσαν] Τεταμένως καὶ συντόμως δρῶσαν καὶ διακονοῦσαν. Consentit igitur Scholiasta in vitiosa Codicum scriptura ἐκτείνουσαν, pro qua iam diu restitutum ἐκτίνουσαν.

504. Χρῆσται μ' ἐφευρεῖν: Χρείη ἔσται, κατὰ συναλοιφὴν, χρῆσται· ἀντὶ τοῦ, χρείη ἔσται.

Ultima verba, ut glossa e superioribus repetita, seorsum ponenda sunt.

Sequitur: Δηλοῦται δὲ ταὐτὸν τὸ δεήσει. Hic quoque pro τό scribendum τῷ.

513. Τᾶς δειλαίας ἀπόρου: περὶ τῆς ἐγκειμένης σοι ἀλγηδόνος ἡδέως ἂν πυθοίμην· ἔξωθεν δὲ ἡ περί.

Nihil vero supplendum; genetivi enim pendent a verbo πυθέσθαι quo in oratione ab Oedipo interrupta Chorus utitur.

525. Οἷον οὐδὲν εἰδυῖα ἡ πόλις, ἐνέδησέ με τῇ τοῦ γάμου ἄτῃ.

Scholiasta igitur etiam ante oculos habuit vitiosam codicum scripturam ἴδρις, pro qua scribendum esse ἴδριν ipse sensus postulat.

537. Συναθροίσεις, πλῆθος. Per haec vocabula scholiasta non vocem ἐπιστροφαί interpretatus esse videtur, sed συστροφαί ante oculos habuisse.

562. In libris legitur:

ὡς οἶδά γ' αὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος, pro quo Dindorfius restituit: ὃς οἶδα κἀυτὸς ὡς ἐ. ξ.

Librorum scripturam confirmat scholium: τὸ δεύτερον ὡς ἀντὶ τοῦ ὅτι. Igitur voc. δεύτερον non cum Editore Romano et Brunckio omittendum.

630. Ἐφαίνετο] Ἀνεφαίνετο· τοιοῦτόν ἐστιν καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ· Καὶ εἴρετο δεύτερον αὖτις.

Locus Homeri (Iliad. 1. 513) a Scholiasta adscriptus, quo demonstraret apud Homerum quoque interdum verbum simplex eadem significatione usurpatum esse quam verbum cum praepositione *ἀνα* compositum habeat. Non tamen vidit duorum locorum plane diversam esse rationem. Quum enim nostro loco revera *ἐφαίνετο* eodem sensu usurpatum sit quem *ἀνεφαίνετο* alias habet, laudato Iliados loco *εἴρετο* significat: dixit, locuta est (Thetis Iovem iterum tali modo allocuta est). Eodem modo Odyss. 11. 542, de manibus: *εἴροντο δὲ κήδε' ἑκάστη*, eodem dicendi sensu. Contra verbum *ἀνείρεσθαι* semper interrogandi potestatem habet: *ὅ μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς*.

681. Scholium longam et doctam continet disputationem, utrum verba *μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα* de Cerere et Proserpina dicta accipi possint annon, quia alias his deabus corona tribuatur spicea.

Cum scholio igitur lemma ei praefixum non congruit. Est enim hoc lemma: *θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας* quum totum scholium ad sola verba: *μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα* spectet.

In initio scholii haec leguntur: *Τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης οὐ φασὶν στεφάνωμα τὸν νάρκισσον εἶναι· στάχυσι γὰρ αὐτὰς στεφανοῦσι.* Pro ultimo vocabulo scribendum videtur *στεφανοῦσθαι* ut pendeat a verbo *φασίν*.

691. *Στερνούχου χθονός*: *Ἶσον τῷ*, (hic quoque Codex habet *τὸ*) *γονίμου. Ἢ ἀντὶ τοῦ πεδιούχου χθονός· κ. τ. ἑ.*

Quomodo vocabulo significanti: pectus habens, pectore praeditus, procreandi notio inesse possit, non video. Fortasse Scholiasta legit: *σπερμούχου χθονός*, quod per *γονίμου* recte explicari potest. Fieri igitur potest ut Scholium antiquitus ita scriptum fuerit:

Σπερμούχου χθονός: *Ἶσον τῷ γονίμου. Ἢ στερνούχου, ἀντὶ τοῦ πεδιούχου χθονός κ. τ. ἑ.*

His iam observatis video *σπερμούχου χθονός* esse coniecturam Hermanni quae igitur scholio commendatur.

698. *Φύτευμ' ἀχείρητον*: *Ὅτι ἀπέσχοντο τῶν μορίων οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι καὶ Φιλόχορος, ὥστε ταῖς ἀληθείαις ἐγχέων αὐτὰς φόβημα τοῖς πολεμίοις γενέσθαι.*

Tota scholiastae narratio spectat ad verba: *ἐγχέων φόβημα δαΐων*, quae igitur lemmatis locum obtinere debebant.

Saepissime videmus scholia nostra et lemmata non ab eodem auctore profecta esse, qua de re alii fusius egerunt.

Sequitur: *Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐμβαλόντες ἐν τῇ Ἀττικῇ* (scribe: *εἰς τὴν Ἀττικήν*) — *ἀπέσχοντο τῶν λεγομένων μορίων, Ἀθηνᾷ θύσαντες, ὡς Ἀνδροτίων φησί.*

Digna ad hunc locum Dindorfii annotatio, quae memoretur: *Ἀθηνᾷ θύσαντες*] Prava correctio (Elmsleii) scripturae corruptae *ἀθηναν θησαντες*, quae est in L. apposito in margine *ζτ* i. e. *ζήτει*. Sensus postulat *Ἀθηνᾶν ὀρρωδήσαντες* vel *Ἀ. αἰδεσθέντες*, vel simile quid. *Ἀθηνᾶν δείσαντες* Schneidewin in Philologo, vol. 5, p. 237.

746. *Κἀπὶ προσπόλου μιᾶς*] *Τῆς Ἀντιγόνης· εἴληπτο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ ἡ Ἰσμήνη.*

Absurda est haec explicatio. Non enim sciebat Oedipus Ismenen a Creonte praereptam esse, neque exponit Creon, quam miser hoc ipso tempore Oedipus sit, sed quam deplorabili sorte per omne tempus, postquam Thebis pulsus sit, fuerit usus. Dicit enim: *ὁρῶν σε τὸν δύστηνον ὄντα μὲν ξένον, ἀεὶ δ' ἀλήτην κἀπὶ προσπόλου μιᾶς βιοστερῆ χωροῦντα.*

Antigonen dicit, quippe quae semper patrem comitaretur, dum Ismene soror Thebis erat.

781. *Τοιαῦτα*] *Ἀντὶ χάριτος.*

Falso lemma *τοιαῦτα* ab Elmsleio praefixum est. Referenda enim glossa ad vocabulum *ἡδονῆς* quod in praecedenti versu

legitur, quo iam ipsa genetivi *χάριτος* forma nos ducit. Quapropter scribendum erat:

Ἡδονῆς] Ἀντὶ τοῦ, χάριτος.

837. Πόλει] Ταῖς Θήβαις. Recte, neque cum Ed. Rom. et Brunckio scribendum: *ταῖς Ἀθήναις δηλονότι.* Confirmat igitur Scholiasta recentiorum editorum coniecturas, qui hunc et sequentes versus aliter distribuunt atque in libris reperitur. Quum enim libri hunc versum Oedipo attribuant, manifestum tamen est verba: *πόλει μάχει γάρ, εἴ τι πημαίνεις ἐμέ* (alii: *μαχεῖ — πημανεῖς*) a Creonte dicta esse, idque scholiasta confirmat.

Idem, quamquam diversam ob causam, factum est in glossa ad vs.

858. Postquam Creon Oedipi filias abigi iussit, Chorus profecturo ei manus infert. Tum Creon:

καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις· ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

i. e. nisi proficisci me sinitis, maius etiam redemptionis pretium urbi vestrae imponetis; nam praeter filias patrem quoque ipsum abigam.

Creon enim iure suo Oedipum eiusque filias se sibi vindicare putat. Si igitur Athenienses eos recuperare volunt, redemptionis pretium Thebanis solvere debent et Creonte Oedipum quoque secum abigente, maius fit Atheniensibus redimendorum captivorum pretium.

Quamvis igitur proclive sit verba *μεῖζον ῥύσιον πόλει θήσεις* ita interpretari: maius redimendi pretium imponetis urbi vestrae (Athenis), tamen eo quoque sensu accipi possunt, ut significent: maius pretium solvetis urbi meae (Thebis).

Hanc interpretationem secutus est Scholiasta, ad vocabulum *πόλει* adscribens *ταῖς Θήβαις*, neque opus est cum Editore Romano et Brunckio substituere *ταῖς Ἀθήναις.*

879. Chorus. ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ τάδε δοκεῖς τελεῖν.

Creon. δοκῶ.

Chorus. τάνδ' ἄρ' οὐκέτι νέμω πόλιν.

Scholium ταύτην δ' ἄρα οὐκέτι νομιῶ πόλιν, εἰ σὺ ἀπάξεις τοῦτον confirmare videtur coniecturam νεμῶ quam sensus requirit.

044. 6. ὑπονοοῦσι γὰρ αὐτῷ τὰ ὅμοια τῷ Θησεῖ περὶ τοῦ Κρέοντος.

In his vocabulum αὐτῷ corruptum videtur. Aut cum Ed. Rom. et Brunckio omittendum aut in αὐτοί mutandum censeo.

1076. Τάχ' ἐνδώσειν: Τάχα ἐνδώσει, φησὶν, ὁ Κρέων, τὰν πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν, τὰς παρθένους. ἀπὸ τῆς ἑτέρας δηλῶν. κ. τ. ἑ.

Ita Scholium apud Elmsleium scriptum est, annotantem: „δεινά addidit Triclinius, qui mox παρθένον pro τὰς παρθένους."

Praeterea in annotatione nos docet in L. Scholium ita se habere: τάχ' ἀνδώσειν τὰν δεινά: τάχα ἐνδώσει φησὶν ὁ Κρέων. τὴν πολλὰ δὲ ἀνατλᾶσαν τὴν παρ^{θ} ἀπὸ τῆς ἑτέρας δηλῶν.

In illa Codicis scriptura τὴν πολλὰ δὲ ἀνατλᾶσαν latet, ni fallor, τὴν πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν, ita ut causa non esset quare illud δεινά aliunde adderetur, quum ex ipsa Codicis scriptura erui posset. Pro τάν igitur quoque Elmsleius e Codice scribere debebat τήν.

In fine nostri scholii haec leguntur: δύναται δὲ καὶ ἑτέρα εἶναι προσῳδία, τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν, unde plerique hanc sumpserunt scripturam.

1113. Ἐμφῦσα] Ἀντὶ τοῦ ἐμφῦσαι.

E glossa diiudicari non potest, quid Scholiasta in textu legerit. Potest enim glossa interpretatio esse cum vocis ἐμφῦσα quam plerique praebent libri, tum lectionis ἐμφύντε quae coniecturae debetur. Dualis formam enim ἐμφύσα hoc loco propter α longum metrum respuit.

1248. 3. Legitur in libris: *αἳ δὲ νυχίαν ἀπὸ Ῥιπάν.* Coniecturam ad hunc versum propositam:

αἳ δ' ἐννυχιᾶν ἀπὸ Ῥιπᾶν,

confirmat Scholiasta, annotans: *Λέγει δὲ αὐτὰ (τὰ Ῥίπαια ὄρη) ἐννύχια διὰ τὸ πρὸς τῇ δύσει κεῖσθαι.*

1451. 3. Scribit Elmsleius:

τὸ δὲ ἑξῆς· μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι, ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις (ὅ ἐστιν, εἰς τὸ ἔμπαλιν) τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα.

Exponit igitur Scholiasta poetae verborum ordinem et ipsa verba interpretatur. „Inciso", ut G. Wolffii verbis utar, „et post *ἕτερα* et post *αὖθις* posito, inepte ita sententiam construxit: *ἐπεὶ ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις*, ex participio *αὔξων* verbum aliquod illi contrarium et voce *τρέπων* significatum supplens." Haec Wolffius. Quae si recte disputata sunt, Scholium, mutata interpunctione, ita scribendum: *ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις· ὅ ἐστιν, εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα*, quorum priora ordinem verborum, quibus poeta utitur, exponunt, posteriora, inde ab *ὅ ἐστιν*, interpretationem addunt.

1482. Ad hunc versum legitur scholium: *Μηδὲ πονηρῷ τινι συντύχω*, referendum ad poetae verba: *ἐναισίου δὲ συντύχοιμι* (Cobetus corrigit: *σοῦ τύχοιμι*) *μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδών.* Horum priora *ἐναισίου δὲ συντύχοιμι* Elmsleius ut lemma Scholio praeposuit, quod mihi verisimile esse vix videtur.

Quare enim Scholiasta, quem verbum verbo reddere solere notum est, optativum *συντύχοιμι* interpretatus fuisset per coniunctivum *συντύχω*? Immo coniunctivo *συντύχω* qui locus omnino esse possit, non video. Porro Scholiastae non est *ἐναίσιον ἄνδρα* vertere per *μηδὲ πονηρός.*

Mihi contra scholium referendum videtur ad posteriora poetae verba: *μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδών*, ita ut *συντύχω* mutandum sit in *συντυχών*, quod optime sensum reddit quo *ἰδών* nostro loco usurpatum est, quum *ἄλαστος* quoque a *πονηρός* nihil differt. Itaque scholium equidem sic scripserim:

Μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδών] *Μηδὲ πονηρῷ τινι συντυχών.*

1488. In libris legitur: *τί δ' ἄν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί;* Ad quae Scholiasta: *τί τὸ πιστὸν θέλεις ἐμβαλεῖν τῇ φρενὶ ἐκείνου, τῇ τοῦ Θησέως δηλονότι; ἀντὶ τοῦ, τί βούλει πιθανὸν ἀνακοινώσασθαι τῷ Θησεῖ;*

Pro *ἐμφῦναι* scholiasta verbum transitivum videtur legisse; unde, opinor, *ἐμφῦσαι* Hermannus, *ἐμφῆναι* Nauckius legendum proposuerunt.

1531. *χρησίμως καὶ τοῦτο, ὥστε — παραδιδόναι τὸ ἀπόῤῥητον τῷ πρεσβυτέρῳ υἱῷ.*

Quum poeta habeat superlativum *τῷ προφερτάτῳ* neque regem duos, non amplius, filios habere consuetudo ferat, non video quomodo comparativus *τῷ πρεσβυτέρῳ* quo Scholiasta utitur, explicandus sit. Scribendum: *τῷ πρεσβυτάτῳ υἱῷ.*

1547. 2. Oedipus caecus ipse viam monstrat, dicens:

τῇδε γάρ μ' ἄγει

Ἑρμῆς ὁ πομπὸς ἥ τε νερτέρα θεός, ad quae Scholiasta: *πάνυ δὲ σεμνῶς καὶ τοῦτο Ἑρμοῦ προσέθηκεν.* Ita L., recte ab Editore Romano emendatum: *καὶ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ προσέθηκεν.*

Quod Elmsleius scribit: *καὶ τοῦτο Ἑρμῇ προσέθηκεν* non intelligo.

1565. *πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν πημάτων ἱκνουμένων*
πάλιν σε δαίμων δίκαιος αὔξοι.

Ita Codices et Scholiasta, annotans: *Ἀποστρέφει τὸν λόγον πρὸν τὸν Οἰδίποδα.* Plerique tamen editores *σε* mutarunt in *σφε*, scilicet ne Chorus absentem Oedipum alloqueretur.

1606. Οἷον, μύκημα ἐγένετο, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ, προδηλοῦντος τοῦ θεοῦ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἔδει ἀποτάττεσθαι τὸν Οἰδίποδα.

Illud ἀποτάττεσθαι corruptum videtur; quod autem Elmsleius in nota legendum proponit ἀποσάττεσθαι quo sensu sit accipiendum ignorare me fateor.

Scholiasta quid dicere velit non obscurum est, nempe signis illis, tonitru, fulgure, terrae motu deum significare iam tempus adesse quo Oedipo e vita decedendum sit.

Iam quum sensus ipse verborum manifesto decedendi, moriendi significationem flagitet, levi mutatione facta, scribendum arbitror: προδηλοῦντος τοῦ θεοῦ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἔδει ἀ π α λ λ ά τ τ ε σ θ α ι τὸν Οἰδίποδα.

Verbum ἀπαλλάττεσθαι sive cum τοῦ βίου, τοῦ ζῆν iunctum, sive per se positum ita usurpari ut significet: e vita decedere, mortem obire, nota res est.

1674. Ἄλλοτε μὲν πόνον: Πρότερον μὲν, τινὰ ἐπάσχομεν ἐπὶ τῷ πατρί. Illud τ ι ν ά admodum languet. Mutandum videtur in δεινά vel πολλά, ut ipse poeta dicit: τὸν πολὺν — πόνον — εἴχομεν.

1702. Scholiasta ad hunc versum annotans: Λείπει τὸ ἧς, et ad versum sequentem: Καὶ τανῦν μὴ γένοιό μοι ἄφιλος sequitur pravam Codicum scripturam:

οὐδὲ γέρων ἀφίλητος ἐμοί ποτε,
καὶ τάδε μὴ κυρήσῃς.

1711. Τουτέστι, τὸ παρὰ σὲ ἄχος τηλικοῦτόν ἐστιν.

Spectant haec ad poetae verba: τὸ σὸν — τοσόνδ' ἄχος; pronomen possessivum eodem modo hic usurpatum, quo vs. 332 in verbis: σῇ προμηθίᾳ i. e. propter providam curam tui. Quam pronominis possessivi vim scholiasta interpretans verbis supra memoratis utitur, in quibus hanc ipsam ob causam π α ρ ά σ έ mutandum in π ε ρ ὶ σ έ.

Τουτέστι, τὸ περὶ σὲ ἄχος τηλικοῦτόν ἐστιν.

1760. Dicit Antigone:

ἀλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ,
ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ.

ad quae Scholiasta: *εἰ ἀρέσκει τούτῳ ταῦτα τὸ μὴ λεχθῆναι ἡμῖν, καὶ ἡμῖν ἀρκεῖ τὸ μὴ ἀκοῦσαι.*

Priora verba Brunckius cum Triclinio transponit: *εἰ ἀρέσκει τούτῳ τὸ μὴ λεχθῆναι ἡμῖν ταῦτα.*

Pro *ἀρκεῖ* Triclinius recte scribere videtur: *ἀρκείτω.*

ANTIGONE.

1. 3. Ἐπειδὴ τὸ ἀδελφὸς κοινῶς λέγεται ἐπὶ τῶν μὴ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν γονέων ὄντων ἀδελφῶν, ἐπήγαγεν τὸ αὐτάδελφον, ὅπερ παρίστησι τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονότας.

Post λέγεται inserendum videtur *καί*.

4. Οὔτ' ἄτης ἄτερ: Δίδυμος φησὶν, ὅτι ἐν τούτοις τὸ ἄτης ἄτερ ἐναντίως συντέτακται τοῖς συμφραζομένοις κ. τ. ἑ.

Didymus igitur iam in suo exemplari legit scripturam vulgatam ἄτης ἄτερ, quae num recte se habeat multi iure dubitant.

7. Καὶ νῦν τι τοῦτ' αὖ φασίν: Ἐγκλιτικῶς προσενεκτέον τὸ τι· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἐρωτήσει ὁ λόγος, ἀλλ' ἐν ἀποφάσει ἀορίστως.

Immo Antigone ut est animo commota utitur forma interrogandi, quum in placida oratione dixisset: καὶ νῦν νέον τι κακὸν ἐγένετο.

31. 2. Recte Scholiasta: Τὸ δὲ λέγω γὰρ κἀμέ διὰ μέσου μετὰ πάθους ἀνεφώνησεν. Falsa autem sunt quae sequuntur: λέγω γὰρ, φησὶν, ὅτι κἀμὲ προσπεριείληφε τῷ κηρύγματι· ἔτι γὰρ καὶ ἐμαυτὴν ἐν τοῖς ζῶσι καταριθμῶ, quibuscum conveniunt quae post pauca sequuntur: εἴπερ δεῖ κἀμὲ συγκαταριθμεῖσθαι ἐν τοῖς ζῶσιν.

Absurdum esset hoc sensu Antigonen haec sorori Ismenae dicere, quae nondum sciret illam in animo habere tyranni iusso obsistere, itaque se ipsam certae et inevitabili morti dare.

Sensus hic esse videtur: haec bonus tyrannus Creon tibi mihique — me ipsam enim etiam dico — nuntiari iussit. Parum igitur me norat, qui crederet me officii erga fratrem oblituram esse.

44. Ad Ismenae verba: ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόρρητον πόλει; adscribit Scholiasta: τὸν ἀπηγορευμένον καὶ κεκωλυμένον ὑπὸ τῆς πόλεως τολμᾷς θάπτειν σύ; ἀπόρρητον igitur Scholiasta masculino accepit genere; alii neutrius esse generis putant, ut verba ἀπόρρητον πόλει appositionis loco dicta sint.

Perperam πόλει vim ablativi habere Scholiasta credit; est enim dativus.

45. 4. Δίδυμος δὲ φησὶν ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι.

Ergo iam ante Didymum commentatores fuerunt qui Sophoclis fabulas critice tractarent, quos vs. 46 ut spurium notantes recentiores critici sequuntur.

47. Ὦ σχετλία Κρέοντος: Αἱ ἀντιλογίαι δῆλαί εἰσιν· ἡ μὲν γὰρ τῷ πράγματι, ἡ δὲ τῇ οἰκειότητι ἀκολουθεῖ.

Pro πράγματι scribendum κηρύγματι. Altera Creontis edicto, altera consanguinitati obsequitur.

48. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν: Οὐ μέτεστιν αὐτῷ εἴργειν με ἀπὸ τῶν ἐμῶν. Ἢ οὕτως· οὐ μέτεστιν αὐτῷ τὰ ἡμέτερα βουλεύματα εἴργειν.

Haec Scholia diversos produnt auctores; priora enim qui scripsit legisse videtur id quod Brunckius, omnibus probantibus, e coniectura restituit: ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα. Alter, iungens: οὐδὲν τῶν ἐμῶν (scil. βουλευμάτων) εἴργειν αὐτῷ μέτα, scripturam omnium librorum ante oculos habuit, in qua illud μ' non legitur.

59. Verba *νάμου βίᾳ*, quae significant: lege invita, contra legem, violata lege, male intellexit Scholiasta, interpretans: *εἰ τὴν γενομένην ψῆφον τῶν τυράννων τῇ τοῦ νόμου ἀνάγκῃ παραβαίημεν· τουτέστιν, εἰ τὴν ἐξουσίαν τὴν ἐκ τῶν νόμων τοῖς τυράννοις ἑπομένην παραβαίημεν.*

64. *'Αλγίονα] Λυπηρότερα. Λείπει ὥστε ἀκούειν ταῦτα, καὶ τὰ τούτων χείρονα.*

Vocabulum *ὥστε* bis scribendum. *Λείπει (τὸ) ὥστε· ὥστε ἀκούειν κ. τ. ἑ.*

71. *'Αλλ' ἴσθ' ὁποῖά σοι δοκεῖ] Γίγνωσκε ὁποῖα σὺ θέλεις, τὸ πείθεσθαι τοῖς τυράννοις.* Sequitur: *ἢ τοιαύτη γενοῦ, ὁποία καὶ βούλει.*

Prius scholium qui scripsit, legit *ὁποῖα* et vertit *ἴσθι* per *γίγνωσκε*; alterius auctor legit *ὁποία*, *ἴσθι* vertens per *γενοῦ*.

Prior explicatio sola vera; est enim acerbe dictum: tu tuam sapientiam tibi habeto, et referendum ad ea quae Ismene vs. 61 seqq. dixerat.

89. In lemmate: *Οἷς μάλιστ' ἅδειν με χρή* pro *ἅδειν* scribendum *ἁδεῖν*. Est enim aoristus verbi *ἀνδάνειν*.

100. 8. *'Ακτίς] 'Αντὶ τοῦ ἀκτίν.* Ita Elmsleius, annotans: „Pro *ἀκτίν* m. s. *ἀκτῖν(ο* i. e. *ἀκτῖνος*."

Quod sine mora restituendum esse e scholio sequenti apparet. Ibi enim Scholiasta verborum ordinem exponens, dicit: *ὦ τῆς ἀκτῖνος τοῦ ἡλίου φῶς, τὸ φανὲν ἡμῖν κάλλιστον τῶν προτέρων ἡμερῶν·*

Hinc igitur perspicuum est in prioribus quoque scribendum esse: *'Ακτίς] 'Αντὶ τοῦ ἀκτῖνος.* Elmsleii illud *ἀντὶ τοῦ ἀκτίν* quid sibi velit prorsus non video.

111. *῝Ον ἐφ' ἡμετέρᾳ γᾷ: ῞Οντινα στρατὸν 'Αργείων, ἐξ ἀμφιλόγων νεικέων ἀρθεὶς, ἤγαγεν ὁ Πολυνείκης, οἷον, ἀμφιλογίᾳ χρησάμενος πρὸς τὸν ἀδελφόν·*

Scholiasta igitur quoque legit omnium, qui nunc exstant,

codicum scripturam "Ον — Πολυνείκης, ad quae de suo verbum ἤγαγεν supplevit.

123. Πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν: Τὸν ἐκ τῆς πεύκης ἐγειρόμενον, ἢ τὸν πικρὸν τοῖς τοῦτο πάσχουσι.

Prior explicatio vera, altera falsa.

133. In lemmate corrigendus accentus; pro ἀλαλᾶξαι enim scribendum ἀλαλάξαι.

140. In lemmate scholii legitur δεξιόχειρος, cui Editor Romanus substituit δεξιόσειρος, et recte; hoc enim a Scholiasta scriptum esse et ex eius interpretatione apparet, et ex eo ipso, quod sequitur: ἐὰν δὲ ᾖ δεξιόχειρος.

146. Δικρατεῖς λόγχας: Ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένας· ἢ δικρατεῖς φησὶν, ὅτι ἀλλήλους ἀπέκτειναν, καὶ ἡ ἑκατέρου λόγχη οὐκ εἰς κενὸν ἀπεπέμφθη, ἀλλ' ἐκράτησεν τοῦ ἑτέρου.

Quae in posteriore scholii parte exposita sunt recte interpretantur verba δικρατεῖς λόγχας.

202. Κοινοῦ: Ἀντὶ τοῦ, ἐμφυλίου. Recte. Pergit: ἢ τοῦ ἀδελφικοῦ αἵματος. Cum his conferatur Scholium ad vs. 1: τὸ δὲ κοινὸν ὁ Σοφοκλῆς συνεχῶς ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ τίθησιν.

228. Τάλας τί χωρεῖς] Ταῦτα ἡ ψυχή μου παρῄνει.

Pro μου scribendum videtur μοι: talia animus mihi dicebat, suadebat. Ipse poeta dicit:

ψύχη γὰρ ηὔδα πολλά μοι μυθουμένη.

264. Scholiasta enarrans, quid sit μύδρους αἴρειν χεροῖν duas res confundit. Prima enim Scholii pars agit de re, quam copiose ab Herodoto tractatam multi postea scriptores imitati sunt, in quibus Horatius Epod. XVI. Narrat enim Scholiasta: Μύδρους γὰρ αἴροντες ἐπαρῶνται μένειν τὰ ὅρκια, ἕως αὐτοὶ φανῶσιν, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς τὴν θάλασσαν, ὅπως ἂν αἰώνια τὰ ὅρκια ὑπάρχῃ· ὡς καὶ Καλλίμαχος·

Φωκαέων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.

In quibus praesens μένειν mutandum in μενεῖν.

Haec vero ad nostram rem non faciunt, quum nostro loco de foedere pactove sanciendo sermo non sit.

Verum ea quae sequuntur recte nostrum locum illustrant; agunt enim de iudiciis dei, ut per medium aevum dicta sunt: *ἕτοιμοι ἦμεν πάσας βασάνους ὑπομένειν πρὸς ἔλεγχον· εἰώθασι δὲ οἱ ὀμνύοντες καὶ πίστεις διδόντες μύδρους βαστάζειν καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν· τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι ᾤοντο καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν.*

268. Quam perverse nonnumquam Scholiastae poetae verba iungant et interpretentur, ex huius versus explicatione intelligi potest. Quum enim poeta dixerit: *τέλος δ', ὅτ' οὐδὲν ἦν ἐρευνῶσιν πλέον*, i. e. tandem autem, quum inquisitio nihil nobis expediret, non intellexit scholiasta locutionem *πλέον γίγνεται*, ita ut *πλέον* cum *τέλος* iungens hanc pulchram proponat interpretationem:

Τὸ ἑξῆς· ὅτε δὲ ἐρευνῶσιν ἡμῖν, οὐδὲν πλέον τέλος ἐφαίνετο.

316. *Οὐκ εἶσθα*] Hoc lemma Elmsleius scholio ad hunc versum praefigit, annotans: „sic legisse grammaticum, constat ex eius interpretatione." Est autem eius interpretatio haec: *Ἄπιθι· καὶ νῦν γὰρ λέγων ἀνιαρός μοι εἶ.* Verum ex hac interpretatione non necesse est sequatur grammaticum legisse *οὐκ εἶσθα*. Custos enim quum rogavisset: *εἰπεῖν τι δώσεις, ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;* (Schol. *ἐπιτρέψεις καὶ ἐμοὶ εἰπεῖν, ἢ ἀπέλθω;*) Creon respondit: *οὐκ οἶσθα καὶ νῦν ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;* quo simul hoc dicit: Apage te. (*Ἄπιθι.*) Nonne vides, quam molestus iam mihi sis garrulitate tua? Licet ergo grammaticus per *ἄπιθι* interpretetur, nihil tamen obstat, quominus legerit id quod poeta sine dubio scripsit: *οὐκ οἶσθα.*

320. *Λάλημα δῆλον: Λάλημα τὸ περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, οἷον πανοῦργος.*

Verum haec non est interpretatio vocabuli *λάλημα*, sed eius quod multi editores in textum recipientes scholiastam quoque legisse arbitrantur: *ἄλημα.*

321. En novum exemplum perversae interpretationis. Hoc enim vult poeta: Postquam Creon custodi garrulitatem obiecit, ille respondet: *οὔκουν τό γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ*, quod significat: Ut sim loquax, hoc facinus (sepeliendi Polynicis contra edictum tuum) saltem non commisi.

Contra Scholiasta *τὸ ἔργον τοῦτο* ad antecedens vocabulum *λάλημα* referens, explicando: *οὐδέποτε ἐφλυάρησα*, omnem vim orationis sustulit et verborum nexum pessumdedit, quod quisque videbit, qui sequentia Creontis verba legerit: *καὶ ταῦτ' ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς* i. e.: Immo commisisti atque hoc animo lucro vendito.

Praeterea hoc notandum. Grammaticus qui ad vs. 321 adnotavit: *οὐδέποτε ἐφλυάρησα*, non potest idem esse, qui ad antecedentem versum *τὸ περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, οἷον πανοῦργος* adscripsit. Hunc enim *ἄλημα*, illum *λάλημα* legisse manifestum est.

Denique etiam hoc. Si in Scholio ad vs. 320 lemma legitur *λάλημα*, quum grammaticum *ἄλημα* legisse ex eius interpretatione constet, nonne perspicuum est lemmata non ab eodem grammatico adscripta esse qui Scholia conscripserit?

355. *Καὶ ἀστυνόμους ὀργάς*: *Τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν. Τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, δι' ὧν τὰ ἄστεα νέμονται, ὅ ἐστι, διοικοῦνται.*

Haec in codice iuncta leguntur, quum tamen manifesto ad eandem rem non spectent; postrema enim tantum ad lemma *καὶ ἀστυνόμους ὀργάς* pertinent, priora vero, *τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν*, explicationem, quamvis falsam, continent verborum *ἀνεμόεν φρόνημα*.

376. 3. Scholiasta annotans: *περισσὴ ἡ ἀμφί*, non videtur intellexisse *ἀμφινοῶ* significare: dubius sum, haereo.

399. Ad verba: *ἐγὼ δ' ἐλεύθερος δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν*, adscribit scholiasta: *λείπει ὤν*, quod ad *ἐλεύθερος* sup-

plere videtur. Nihil vero supplendum, sed arte coniungenda: *ἐλεύθερος ἀπηλλάχθαι*, qualis abundantia locutionis apud Scenicos est frequentissima.

423. Ad hunc versum adscriptum est scholium: Τὸ *φιλόστοργον τῆς κόρης διὰ τούτων ὁρᾶται· θάψασα γὰρ οὐκ ἠμέλησε δακρύων καὶ θρηνημάτων.* Revera hisce pietas virginis perspicitur, sed non propter eas, quas scholiasta affert causas. Nondum enim corpus humo mandaverat, sed lacrimas et querelas effundit hanc ipsam ob causam, quod fratris dilectissimi corpus nudatum videbat, quod ipse poeta versibus sequentibus nos docet: *οὕτω δὲ χαὔτη, ψιλὸν ὡς ὁρᾷ νέκυν, γόοισιν ἐξῴμωξεν.*

454. *Ὥστ' ἄγραπτα*] *Τινὲς φασὶ τὰ γραπτά.* Videtur varia lectio orta esse e male accepta scriptura *ὥστἀγραπτα.* Verum ut haec varia lectio, ita eius interpretatio, *οὐ γὰρ ἄγραφοι τῶν θεῶν οἱ νόμοι*, absurda est. Immo leges deorum, id est fas divinum, non conscriptae formulis sunt, sed ipsis hominum mentibus innatae. Conferantur quae de his legibus divinis poeta noster dixit in Oedipo Rege vs. 865 seqq.

490. Ad verba: *κείνην ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου* addit scholiasta: *λείπει ἡ περί.*

Nihil omissum, verum verba ita iungenda: *ἐπαιτιῶμαι τοῦδε τοῦ τάφου*, quibus verbis, tamquam explicatio, accedit infinitivus *βουλεῦσαι*, ut verba ita sint struenda: *ἐπαιτιῶμαι τοῦδε τοῦ τάφου, δηλονότι βουλεῦσαι αὐτόν.* Quod quum scholiasta non intellexerit suum *περί* addidit.

527. *Φιλάδελφα κάτω δάκρυα λειβόμενα*; ita legitur in L. pro quibus Triclinius *δάκρυ' εἰβομένη*, quem plerique sunt secuti. Scholiastam autem *φιλάδελφα* per *φιλαδέλφως* interpretantem *δάκρυ* legisse nonnulli senserunt, unde *δάκρυ λειβομένη* scribendum proposuerunt. Verum licet scholiasta *φιλάδελφα* per *φιλαδέλφως* interpretetur optime tamen fieri potest ut legerit *δάκρυα*, idque in sequenti scholio plene legitur.

549. Ismenae roganti: *καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ φίλος*, acerbe respondet soror Antigone: *Κρέοντ' ἐρώτα· τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών*, id est: Creontem roga. Hunc enim tu colis atque respicis; ille igitur tibi quoque prospiciet. Ita quoque ex parte scholium: *τοῦδε: ἢ τοῦ Κρέοντος, ἐπεὶ μὴ παρέβης αὐτοῦ τὰ ψηφίσματα.* Iam audi alteram eius vocabuli interpretationem: *ἢ τοῦ βίου, ἐπεὶ φιλοζωοῦσα οὐ συνέπραξας.*

Ipsa quoque Ismene sororis acerbitatem sentit, de qua hisce verbis conqueritur: *τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ', οὐδὲν ὠφελουμένη*; i. e. quid conviciis tuis me petis, quum nihil inde lucri auferas? Non est igitur, ut scholiasta ait, *ὠφελουμένη ἀντὶ τοῦ, ὠφελοῦσα.*

557. In lemmate scholii scriptum est: *Καλῶς σὺ μέντοι*, quod inde Brunckius in textum recepit. Sequitur scholium: *Σεαυτῇ καλῶς ἐδόκεις φρονεῖν, μὴ συμπράττουσά μοι·* Unde nascitur suspicio scholiastam in textu legisse: *Καλῶς σὺ μὲν σοί* quod ipsum nunc ab Hartungio coniectum esse video. In sequentibus dubitare videtur grammaticus utrum *τοῖς δέ* pro dativo an pro ablativo instrumenti accipiendum sit; scribit enim: *ἐγὼ δὲ τούτοις, ἢ τοῖς ἀνδράσιν, ἢ τοῖς ἐμοῖς δόγμασιν.*

561. *Τὴν μὲν ἀρτίως ἄνουν πεφάνθαι*: *Τὴν Ἰσμήνην, ὅτι μὴ συνειργάσατο, ῥίπτει ἑαυτὴν εἰς κίνδυνον.*

In his nexus verborum deest; quapropter Editor Romanus, quem Brunckius in plerisque sequitur, post *συνειργάσατο* inserit *καί*; tum vero languidissima fit enunciatio. Pro *συνειργάσατο* si scriptum esset *συνειργασμένη*, omnia recte se haberent.

559. *Ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι τέθνηκεν*: *Οἷον, προηκάμην τοῦ ζῆν, βοηθῆσαι βουλομένη τῷ ἀδελφῷ.*

Scribendum *προηκάμην τὸ ζῆν*, ut apud Plutarchum in Vita Antonii 53: *προίεσθαι τὸν βίον.*

581 seqq. Chorus miseriam gentis Labdacidarum conquerens flebiliter canit:

εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών.
οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας
οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον.

Horum interpretatio, ni fallor, haec est: felices, qui nihil umquam mali experti sunt; nam quibus semel malum a dis immissum est, ii posthac nulla non calamitate laborant, usque ad extremam gentis subolem.

In his igitur verbum ἐλλείπει, significatione neutra usurpatum, subiectum habet ἄτας οὐδέν, ad quod participium ἕρπον est referendum, poetice dictum pro: οὐδὲν ἄτας ἑρπούσης.

Scholiasta vero horum nihil habet; falsa eius interpretatio inde fortasse orta est, quod pro ἕρπον manifesto legit ἕρπων, quod Codex L. habet, superscripto ἕρπον. Est autem eius interpretatio haec: Ἀπὸ κοινοῦ τὸ αἰών. Οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ δόμος, τούτοις ὁ αἰὼν οὐδὲν ἄτης ἐλλείπει, ἕρπων ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς γενεᾶς.

596. Οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος.

Mire haec scholiasta interpretatur: τὸ γένος τὸ ἐπιγινόμενον οὐκ ἀπαλλάσσει τὴν γενεάν, ἀλλ' ἀεὶ ἐν συμφορᾷ ἐστιν. Mira, inquam, est haec interpretatio. Manifesto enim sensus hic est: neque liberat (miseriis, scilicet) familia familiam, hoc est: parentum aetas, quamvis multas miserias passa, non tamen eas exhausit, ut liberorum aetas iis libera sit. Horum vero scholiasta nihil habet.

597. Ἐρείπει, καταβάλλει, καταφέρει. Duobus punctis post ἐρείπει positis, scribendum: ἐρείπει: καταβάλλει, καταφέρει, ut ἐρείπει lemmatis locum obtineat.

600 seqq. Νῦν γὰρ ἐσχάτας ὕπερ: Λείπει ἄρθρον, τὸ ὅ· τὸ δὲ λεγόμενόν ἐστι τοιοῦτο· sequitur interpretatio. In scholio vero sequenti legimus: ἐὰν στίξωμεν κἆτ' αὖ νιν, οὐδὲν λείπει τῷ

λόγῳ. Audimus igitur secundum scholiastam, coniectura textum restituentem, obloquentem priori. Itaque si priorem secuti legimus: κατ' αὖ νιν, supplendum est ὅ, ita ut lectio ῥίζας ὃ τέτατο φάος confirmetur scholio; in libris enim legitur: νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ ῥίζας τέτατο φάος.

602. Ἀμᾷ] θερίζει καὶ ἐκκόπτει. Quod de pulvere (κόνις) dici nequit. Addit: ἢ καλύπτει, quod pulveri accommodatum est. Prior interpretatio igitur confirmare videtur Brunckii coniecturam pro κόνις legentis κοπίς.

605. Κατάσχοι: Εὐκτικῶς, ὡς ποιήσοι τρίτου προσώπου· ὑπερηφανίᾳ κρατῆσαι δύναται.

Quum grammaticus ipse moneat κατάσχοι esse optativum, pro δύναται quoque scripserim: δύναιτο. Ipsum scholium confirmat lectionem ὑπερβασίᾳ.

646. Πόνους] γρ. πέδας, ἵν' ᾖ, ἐμπόδιον, δεσμούς, κώλυμα τοῦ πράττειν ἃ βούλεται.

Speciosa est haec varia lectio, quam Scholiasta recte interpretatur; tamen vulgata lectio πόνους non tangenda videtur.

663. Ὑπερβάς] Λείπει τὸ δίκαιον.

Nihil omissum; valet enim ὑπερβαίνειν, insolentem esse, itaque ὑπερβάς est, insolens, et ὑπερβασία, insolentia, ut supra vs 605, et passim apud Homerum: τίσασθαι μνηστῆρας ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς.

677. 2. Κοσμουμένοις] Τοῖς ἄρχουσιν. Ὅμηρος· κοσμήτορε λαῶν. Sed fieri nequit, ut passivum κοσμεῖσθαι hic activo sensu usurpatum sit, idem significans quod κοσμεῖν, id est, ἄρχειν. Igitur verba τοῖς κοσμουμένοις neutrius generis esse censeo, ut, sensu passivo, significent: ea, quae edicta et imperata sunt.

687. E Scholiastae verbis: δυνατὸν δὲ καὶ ἑτέρως καλῶς μεταβουλεύσασθαι apparet eum legisse χἀτέρως, quod inde nonnulli editores receperunt pro eo, quod in libris legitur χἀτέρῳ.

688. Vulgo σοῦ δ' οὖν πέφυκα quum legitur, scholiasta memorat

variam lectionem: γρ. Σὺ δ' οὐ πέφυκας, quam Hermannus in textum recepit, quaeque mihi etiam probabilis videtur. Tum enim bene inter se opponuntur: σὺ δ' οὐ πέφυκας προσκοπεῖν — ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ'.

699. Vox populi, Haemon ait, de Antigone haec praedicat:

οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς τυχεῖν;

Ad vocabulum τιμῆς in scholiis adscriptum est γρ. στήλης. Haec autem varia lectio pro glossa habenda est. Grammaticus enim verbis χρυσῆς τιμῆς ἀξία columnam auream significari putabat.

Idem fortasse valet de iis quae leguntur ad vs. 714. Ibi enim ad αὐτόπρεμνα adscriptum est αὐτόριζα, radicitus. Quod si glossa erit, in αὐτόῤῥιζα mutandum est, aut praefigendum γρ. ut sit varia lectio.

781. Ἔρως ἀνίκατε: Διὰ τὸν Αἵμονα τοῦ ἔρωτος μέμνηται· πάλαι γὰρ ὁμονοεῖ τῷ πατρί· νῦν δὲ σχεδὸν πολέμιος γέγονε διὰ τὴν Ἀντιγόνην. Cum Brunckio scribendum ὡμονόει. Opponuntur enim inter se duo membra: Olim unanimus erat cum patre, nunc paene inimicus factus est.

Quae sequuntur: Τὸ δὲ ἐρᾶν πλουσίους ἔχει. Καὶ ἡ παροιμία· Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ, cum antecedentibus male coniuncta sunt. Non enim huc pertinent, sed ad versum proximum: Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις, quamquam haec ita male explicantur; neque melioris est notae sequens interpretatio: ἐπεὶ καὶ κτημάτων ἐρῶσι πολλοί. Hoc enim significare videtur poeta, Amorem in quos ruat omnes facere servos suos et arbitrio suo subiectos, ut κτήματα hoc loco idem significet quod ἀνδράποδα.

785. Risum tenere vix poterit, qui haec legerit: Φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος: Διότι καὶ τὰ (haec duo vocabula Ed. Rom. et Brunck. inserunt) θαλάσσια ζῷα ἐρᾷ· Quod ne verbis quidem poetae inesse potest.

Incredibile videtur quomodo cum his deliramentis ea coniungi potuerint, quae poetae mentem recte reddunt: *ἢ ὅτι καὶ τὰ πόῤῥω θηρεύει ὁ ἐρῶν, καὶ διὰ θαλάσσης ἄπεισι καὶ πανταχοῦ, ὥστε τοῦ ἔρωτος ἐπιτυχεῖν.* Post haec tertia legitur interpretatio, quae, quamquam non, ut prima, prorsus ridicula est, tamen et ipsa perversa est: *ἢ ὅτι πολλοὶ τῶν ἐν πόντῳ ἐρῶσιν.* Loquitur enim Chorus de Amore Venereo, non de cupiditatibus cuiusvis generis.

801. *Οἷον, δυνάμει παρακούομεν τοῦ ἄρχοντος, δακρύοντες τὴν Ἀντιγόνην, ἣν αὐτὸς κατεδίκασεν.*

Quo modo Scholiasta poetae verba intelligi velit, non obscurum est. Quid autem *δυνάμει* sibi velit non video, quum iam satis esset, si scripsisset *παρακούομεν τοῦ ἄρχοντος*, et praeterea verbum *παρακούειν* non cum dativo, sed cum genetivo construatur; cf. e. g. annotatio ad vs. 853: *ἐν τῷ παρακοῦσαι τῶν προσταγμάτων.*

834. Verba: *ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής, ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς* cum Scholiasta non sic intelligenda sunt, quasi Chorus consoletur Antigonam et adhortetur ut fortiter res graves ferat; continent enim vituperationem quamdam, etsi levem, et Chorus Antigonam immodestiae arguit, quod, ipsa mortalis, cum Niobe, dis nata, se conferat. Ipsa Antigone quoque Chori verba ita accipit, nam exclamat: *οἴμοι γελῶμαι*, pro contumelia Chori reprehensionem accipiens; quod et ipsum scholiasta, ut antecedentia, perverse interpretatur: *ὑφ' ὑμῶν γελῶμαι, ὅτι θεοῖς ἴσην με λέγετε.*

836. E scholiastae verbis: *Καίτοι σοι φθιμένῃ, ἢ φθιμένῳ παντί, μακαριστὸν ἂν εἴη τὸ τῆς αὐτῆς μοίρας τυχεῖν τοῖς ἰσοθέοις*, apparet eum quoque utramque lectionem *φθιμένᾳ* et *φθιμένῳ* ante oculos habuisse, quarum utra praestet difficile est diiudicatu; posterior tamen magis placet, ut sit universe dictum: *φθιμένῳ παντί.*

851. *Οὔτ' ἐν βροτοῖς*: Οὔτε *ἐν ζῶσι, διὰ τὸ εἶναι ἐν εἱρκτῇ· οὔτε ἐν θανοῦσι, διὰ τὸ ἔτι ἀναπνεῖν.* Tum: *λείπει σύνοικος.*

Manifesto his falsum lemma praefixum est. E verbis *οὔτε ἐν ζῶσι — οὔτε ἐν θανοῦσι* enim apparet scholium interpretationem continere verborum sequentium: *οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.*

Praeterea ex additis verbis *λείπει σύνοικος* sequi videtur scholiastam versum antecedentem, *οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν*, quem hodie multi editores ut spurium notarunt, iam legisse. Aliter enim annotare non potuisset: *λείπει σύνοικος.*

Legit igitur: *οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν*
μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.

in quibus *μέτοικος* cum antecedentibus iungens ad ultima verba suum *σύνοικος* supplevit.

858. Ἐμοὶ *μερίμνας*] Ἢ *τὸ τῆς μερίμνης μου.*

Scribendum videtur: *ἤτοι τῆς μερίμνης μου.* Saepe enim ab his grammaticis vocabula *ἤτοι* et *ἤγουν* interpretationibus et glossis suis praemittuntur. Manifesto igitur in poetae verbis:

ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,
πατρὸς τριπόλιστον οἶτον

ἀλγεινοτάτας μερίμνας noster pro genetivis accepit, quare in sequentibus non reperiens unde accusativus *τριπόλιστον οἶτον* penderet, supplevit *εἰπών.* Ita enim in fine scholii ad vs. 859 cum Brunckio scribendum pro *εἰποῦσα.*

864. 3. Τὸ *δὲ ἑξῆς· κοιμήματα δυσμόρου μητρὸς, ἐμῷ πατρὶ αὐτογέννητα· ὅτι ὁ αὐτὸς πατὴρ ἅμα καὶ παῖς ἦν.*

Pro *πατήρ* scribendum *ἀνήρ.* Idem enim Oedipus Iocastae maritus et filius erat, non pater.

872. 4. *ᾧ δὲ ἡ βασιλεία μέλει, τούτῳ οὐκ ἔστι παραβατὴ ἡ ἀρχή, ὅ ἐστι τὰ προστάγματα.*

Ita Elmsleius scribit, annotans pro *τούτῳ* manuscriptum habere *τοῦτο*, quod in *τούτου* mutandum censeo.

881. Ἀ*δάκρυτον*] *πολυδάκρυτον.* Manifesto falsum.

Est enim, more poetarum, per prolepsin dictum *ἀδάκρυτον οὐδεὶς στενάζει*, qui modus loquendi apud tragicos frequentissimus est.

890. *Μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω*] *Τὸ μεθ' ἡμῶν ἄνω οἰκεῖν.*

Pro *τό* scribendum *τοῦ*. Est enim interpretatio genetivi *μετοικίας*.

923. *Τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων*] *Λείπει καλεῖν.*

Quasi hoc loco quidquam interesset inter *αὐδᾶν* et *καλεῖν*.

951. 3. *Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὔτε τὰ ἐν οὐρανῷ, οὔτε τὰ ἐν τῇ γῇ, οὔτε τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ πραττόμενα, παρὰ μοῖραν γίνεται.* Verbis *τὰ ἐν οὐρανῷ* Scholiasta manifesto spectat ad vocabulum *ὄμβρος*, in qua Codicum scriptura igitur consentit. Recentiores editores e coniectura melius scribunt *ὄλβος*.

959. *Οὕτω τὰς μανίας δεινὸν ἀποστάζει: Οὕτω καὶ τοῦ Λυκούργου ἀπὸ τῆς μανίας ὀργὴ ἀποβαίνει.*

Patet ex his etiam scholiastam verba *τᾶς μανίας* accepisse pro genetivo, quapropter etiam in lemmate *τᾶς* pro *τάς* reponendum est.

969. In hoc versu — *Σαλμυδησσός, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης* — aliquid excidisse metrum indicio est. Scholiasta autem haec habet: *Ὁ Θρᾳκικὸς Σαλμυδησσός· πέλαγος δέ ἐστι δυσχείμερον περὶ Θρᾴκην· Αἰσχύλος·*

Σαλμυδησσία γνάθος,
ἐχθρόξενος ναύτῃσι, μητρυιὰ νεῶν.

E quibus Boeckhius collegit scholiastam epitheton legisse vocabuli *Σαλμυδησσός* quod per *δυσχείμερος* interpretetur et ad quod Aeschyli versus pertineat. Inseruit igitur *ἄξενος* quod et Scholiastae interpretationi et metro aptissimum est.

971. 1. *Τῶν δισσῶν Φινείδων*, typothetae, ut videtur, errore pro *Φινειδῶν*.

988. *Θήβης ἄνακτες*] *Καὶ νῦν ἄνακτας φησὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ ἐντίμους.*

Quod dicit *καὶ νῦν*, etiam nunc, hic quoque, referendum videtur ad vs. 940, ubi Antigone nomine *κοιρανίδαι* Chorum alloquitur. Quum ibi autem vocabuli *κοιρανίδαι* varias praebeat scholiasta interpretationes, hic autem de solo Choro cogitet, sequitur aut varias interpretationes ad vs. 940 allatas non ab eodem grammatico profectas esse, aut, si ab eodem sunt profectae, hunc tamen eam, qua nomine *κοιρανίδαι* Antigonam Chorum alloqui probat, ceteris praetulisse.

999. *Θᾶκον*] *Θᾶκος, τόπος οὕτω καλούμενος.*

Scribendum: *Θᾶκος: τόπος οὕτω καλούμενος*, ut *Θᾶκος* lemma sit.

Scholium ceteroqui absurdum; nomen proprium fingit scholiasta, quum *θᾶκος ὀρνιθοσκόπος* nihil aliud significet nisi *ὀρνιθοσκοπεῖον*, templum.

1084. *Τοιαῦτα κατὰ τῆς καρδίας σου τοξεύματα ἀφῆκα μετὰ θυμοῦ· ἢ τῷ θυμῷ τῆς καρδίας σου· λείπει δὲ ἡ κατά.*

Quia scholiasta ait *κατὰ* supplendum esse, haec vox in altera eius interpretatione requiritur; fortasse igitur inserenda est ante *σου*, ut sit: *ἢ τῷ θυμῷ τῆς καρδίας κατά σου.*

1119. 2. Tres vocabuli *παγκοίνοις* scholium praebet interpretationes, quarum prima sola est vera: *ἐν οἷς πάντες συνάγονται, διὰ τὰς πανηγύρεις.*

1122. E scholiastae interpretatione, *τῶν Βακχῶν Βακχευτά*, apparet eum poetae verba male ita iunxisse: *ὦ Βακχεῦ Βακχᾶν, ματρόπολιν Θήβαν ναιετῶν.*

1136. Ad verba *ἐπισκοποῦντ' ἀγυίας* legitur: *γρ. ἐπισκοποῦντα γυίας*, quae varia lectio scribendi ratione orta est.

1147. Lectio quae in Codicibus, etiam in scholii lemmate reperitur: *καὶ νυχίων*, profecta est ab iis qui poetae verba ita struebant: *Ἰὼ χοραγὲ, πῦρ πνεόντων ἄστρων καὶ νυχίων φθεγμάτων ἐπίσκοπε*, quemadmodum in Scholiis quoque legitur: *τῶν πυρπνόων ἄστρων ἐπίσκοπε*, ut *χοραγέ* per se accipiendum sit:

τὸν χορὸν ἄγων. Altera tamen structura verborum, quae apud scholiastam legitur, vera est: ἡ τῶν ἄστρων χορηγέ· κατὰ γάρ τινα μυστικὸν λόγον, τῶν ἀστέρων ἐστὶ χορηγός.

1152. 3. Αἵ σε] Λείπει ἡ περὶ, ἵν' ᾖ, αἵτινες περὶ σέ.

Nihil omissum, sed χορεύειν, transitive hoc loco usurpatum, significat, choreis aliquem celebrare; quod fugit scholiastam.

1176. Τὸ χ, ὅτι ἐρωτᾷ, πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερὸς; ἀκούσας ἤδη ὅτι αὐτόχειρ ἀπέθανεν.

Haec grammatici observatio critica Bergkio causa fuisse videtur, qua re haec ita legenda coniiceret: Nuntius: Αἵμων ὄλωλεν. Chorus. Ἠ πρὸς οἰκείας χερός;

Verum quum vs. 1175 nuntius dixisset: Αἵμων ὄλωλεν· αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται, in dubio reliquit utrum αὐτόχειρ significaret, sua manu, an manu propinqui cuiusdam, ut Aiax 841. αὐτοσφαγεῖς πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων. cf. Eur. Med. 1254. Quare Chorus iterum rogat: πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός; Utrum patris an sua ipsius manu occisus?

1250. Absurdissima interpretatio. Si locum non intelligunt, nescio quid fingunt de suo, interpretationis scilicet causa, ut aliquid dicere videantur. Haec enim dicit scholiasta: οὐκ ἀνόητος, φησὶν, ὑπάρχει, ὥστε δημοσίᾳ ὀδύρεσθαι. Ἁμαρτάνειν δὲ λέγει νῦν, τὸ ἐμφανῶς θρηνεῖν. Hanc pulchellam interpretationem nobis obtrudit, quasi in publico filii carissimi miseram mortem lugere facinus sit! Eo deceptus est quod credebat haec verba, γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥσθ' ἁμαρτάνειν opponi antecedentibus: δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν. Immo respicit nuntius postremis verbis id, quod vs. 1253 dictum, recte interpretatur scholiasta; hoc igitur dicit nuntius: Satis prudens est, ut, ne sibi ipsa manus inferat, non sit timendum. Male autem vs. 1253. κατάσχετον scholiasta vertit per μανιῶδες. Significat enim nostro loco, repressum, aliquid quod Eurydice pectore reclusum habet.

1263. *Θανατόεντα*] *Θανάτου ἄξια, ἢ θανάτου αἴτια.*

Posterius verum est. Pergit enim Creon: *ὢ κτανόντας τε καὶ θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους.*

1265. Verba *νέῳ ξὺν μόρῳ* scholiasta interpretatur per *καινοπρεπεῖ θανάτῳ* quod verum non videtur. Non enim erat novum neque inauditum homines ipsos sibi mortem consciscere. Immo significant: immaturo fato peremptus, *ὠκύμορος*.

1270. Ad verba, *οἴμ', ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν*, adscripta est varia lectio *γρ. ἔχειν*, quod nimis insolenter dictum esset a Choro, praesertim in principem.

1303. *Τοῦ πρὶν θανόντος* Μεγαρέως] *Ὡς αὐτῆς προγαμηθείσης* Μεγαρεῖ *τινι πρὸ τοῦ* Κρέοντος.

Vanum scholiastae commentum. Interitus enim intelligendus est Megarei, cui alias Menoeceus nomen est, Creontis filii, qui se pro patria devovit. Quin si nihil unquam de hoc Megareo audivissemus, nequaquam tamen de marito priore Eurydices cogitare possemus. Si enim ita res se haberet, in verbis, *κωκύσασα μὲν τοῦ πρὶν θανόντος* Μεγαρέως *κλεινὸν λάχος, αὖθις δὲ τοῦδε*, postrema verba, *αὖθις δὲ τοῦδε*, necessario referenda essent ad Creontem, quod absurdum esse, non opus est ut moneam.

1308. *Ἀνταίαν*] *γρ. καιρίαν.*

Haec quoque glossa est, quam scholiasta praefixo suo *γρ.* pro varia lectione vendit.

1312. *Τῶνδε κἀκείνων*] *Τοῦ τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν ἀποθανεῖν.*

Haec interpretatio, quamvis a multis probata, tamen accipienda esse non videtur. Verisimile enim non est Eurydicen vivam mortis suae culpam in Creontem conferre. Immo, temporis ratione habita, verbis *τῶνδε κἀκείνων μόρων*, praesens et praeterita calamitates respiciuntur, id est, Haemonis et Megarei neces, quarum utriusque Eurydice culpam in maritum confert. Haec loci interpretatio antecedentibus nuntii verbis, *κωκύσασα μὲν*

τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως *κλεινὸν λάχος, αὖθις δὲ τοῦδε*, confirmatur.

1330. Μόρων *ὁ κάλλιστ' ἐμῶν*] ῾Ο *ἐμὸς θάνατος μείζων τούτων τῶν κακῶν*.

Pro *μείζων* scribendum videtur *μείων*: Mea mors malum non erit prae illis malis; veniet ergo mihi exoptatissima.

TRACHINIAE.

1. Narratio de Solone sumpta est ex Herodoto, qui amplius hac de re agit Lib. I. c. 29—33.

Postquam autem scholiasta Sophocli anachronismum obiecit, ita pergit:

Φασὶν Ἀθηναίους αἰτήσασθαι Σόλωνα νόμου γραφήν, τὸν δὲ δεδιότα τὸ ἀψίκορον αὐτῶν, ὅρκον αἰτῆσαι αὐτούς· ἐπέμενε δὲ δεκαετίαν, παρευλαβούμενος δὲ μήποτε μένοντα ἀναγκάσωσι μεταθεῖναί τι τῶν νομίμων, ἀναχωρῆσαι πρὸς Λυδοὺς καὶ Κροῖσον.

Multis partibus haec sunt corrupta. Quid nude sic positum significat *ὅρκον αἰτῆσαι αὐτούς*? Iureiurando eos obstrinxit — quid ut facerent? Quid sibi vult illud *ἐπέμενε δὲ δεκαετίαν*? Ad quod verbum *παρευλαβούμενος* referendum?

Variis modis haec temptata sunt, sed, ut cetera omittam, nulla coniectura adhuc illud *ὅρκον αἰτῆσαι αὐτούς* explanatum est. Herodotus autem narrat Solonem Athenienses iureiurando obstrinxisse, ut per decem annos legibus a se datis starent; veritum tamen ne praesentem se cogerent aliqua ex parte leges suas mutare, per decem annos eum procul a patria peregrinatum esse et in hac peregrinatione ad Croesum venisse, cum quo

notissimum colloquium habuerit. Leguntur haec apud Herodotum I. 29: *Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα — ἵνα δὴ μήτινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι· ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τοὺς ἂν σφι Σόλων θῆται.*

His comparatis apud nostrum scribendum opinor:

Φασὶν Ἀθηναίους αἰτήσασθαι Σόλωνα νόμου γραφήν, τὸν δὲ δεδιότα τὸ ἀψίκορον αὐτῶν ὅρκον αἰτῆσαι αὐτοὺς ἐπιμενεῖν δεκαετίαν· (ut Herod. *δέκα ἔτεα χρήσεσθαι*) *παρευλαβούμενον δὲ — ἀναχωρῆσαι κ. τ. ἑ.*

1. 8. *καυχώμενος* (Croesus) *δὲ ἠρώτα αὐτὸν τίς πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστερος.*

Haec si retinere volumus, desideramus *ἑαυτοῦ*: *τίς π. ἀ. ἑαυτοῦ εὐδαιμονέστερος.* Videtur tamen superlativus *εὐδαιμονέστατος* requiri, ut apud Herodotum: *πάντων ὀλβιώτατον.*

10. *Λυπηθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἠρώτα τὸν τὰ δεύτερα φέροντα,* et, paucis intermissis, *ἐπεὶ μηδὲ τὰ δεύτερα τῆς εὐδαιμονίας αὐτῷ δέδωκεν.*

Apud Herodotum, iisdem paene verbis, bis *τὰ δευτερεῖα*, (C. 31 *δευτερεῖα — οἴσεσθαι* et C. 32 *Σόλων μὲν δὴ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνεμε τούτοισι*) quod nescio an apud nostrum quoque sit restituendum.

13. *Φασὶ δὲ αὐτὸν τὸ τηνικαῦτα πόλεμον αἱρούμενον πρὸς Πέρσας, χρησθῆναι παρὰ τοῦ θεοῦ.*

Coniunctis virorum doctorum coniecturis, scripserim: *Φασὶ δὲ αὐτοῦ τὸ τηνικαῦτα πόλεμον αἱρομένου πρὸς Πέρσας, χρησθῆναι παρὰ τοῦ θεοῦ.*

148. *Ἐς τοῦθ' ἕως τις ἀντὶ παρθένου: Τὸ τηνικαῦτα, ἐπειδὰν γαμηθῇ* (ita recte Brunck. Codex vitiose *γαμηθείη*) *τις, εἰς τὰ καθ' ἑαυτὴν ἀποβλέπουσα καὶ συνορῶσα ὡς* (hoc recte Pap-

pageorgius inserit) ἔξω τῆς ἀμεριμνίας εἰς Φροντίδας εἰσῆλθεν, οἰκτείρει τὰ κατ' ἐμέ.

Sensus verborum futurum requirit. Pro οἰκτείρει igitur scribendum οἰκτερεῖ.

207. Ὁ μελλόνυμφος: Εἴ τις μελλόνυμφός ἐστιν, εἴτε γεγαμηκώς, ἡκέτω.

Unus Codex pro εἴ τις praebet εἴτε τις, quod recipiendum: εἴτε τις μελλόνυμφός ἐστιν, εἴτε γεγαμηκώς, ἡκέτω.

287. Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον: Τὸ ἑξῆς· αὐτὸν φρόνει ἥξοντα· τουτέστι, προσδόκα, ὅταν διὰ τῆς θυσίας καθάρῃ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ φόνου.

Postrema continent falsam verborum ἁγνὰ θύματα interpretationem, quandoquidem non de expianda caede hoc loco sermo est; hanc enim Hercules servitute, quam apud Omphalen passus erat, iam expiaverat, et praeterea ipse poeta diserte addit (ἁγνὰ θύματα) τῆς ἁλώσεως.

Post προσδόκα Brunck. de suo addidit αὐτὸν ἥξειν. Fortasse scriptura vulgata corrupta est ex προσδόκα αὐτὸν, ὅταν.

289. Λόγου] Τοῦ ἥξειν ἐκεῖνον.

In scholiis recentioribus tamen, a Dindorfio editis, legitur: τοῦτο γὰρ] τὸ ἥξειν ἐκεῖνον. Recte, ut opinor. Dixit enim Lichas:

τοῦτο γὰρ λόγου
πολλοῦ καλῶς λεχθέντος ἥδιστον κλύειν.

hoc est: inter multa laeta quae tibi nuntiavi, hoc vel laetissimum est auditu; scilicet, maritum tuum Herculem brevi adventurum esse. Hinc manifestum est scholium ἥξειν ἐκεῖνον ad τοῦτο, non ad λόγου spectare.

308. 3. Πρὸς μὲν γὰρ φύσιν: Ὅσον μὲν γάρ ἐστιν ἐκ τῆς ἡλικίας — στοχάζεσθαι.

Pro ἐστιν, quod Edit. Rom. et Brunck. omittunt, scribendum ἔστιν; significat enim, quantum coniicere licet. Multis in his scholiis locis, eadem correctio adhibenda est.

326. *ἀλλ' αἰὲν ὠδίνουσα συμφορᾶς βάρος*
δακρυρροεῖ δύστηνος·

Codex habet *δακρυρρόεῖ* cum duobus accentibus. Scholiastam autem annotantem *ἐδάκρυεν* apparet legisse *δακρυρρόει* ut esset tempus imperfectum. Contra praesens tempus *δακρυρροεῖ* requiritur. Item vs. 347, ex duobus accentibus vocabulo *φώνεῖ* superscriptis priorem elegit, annotans: *ἀντὶ τοῦ, ἐφώνει.* Hic quoque praesens tempus *φωνεῖ* restitutum est.

467. Ad poetae verba:

ἀλλὰ ταῦτα μὲν
ῥείτω κατ' οὖρον, σοὶ δ' ἐγὼ φράζω κακὸν
πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δ' ἔμ' ἀψευδεῖν ἀεί,

adscriptum est scholium: *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ῥείτω κατ' οὖρον: Ὁ περὶ τούτων λόγος ἐῤῥίφθω, φησὶν, εἰς τὸν ἀέρα.* Sequitur scholium: *οὐκ ἐρῶ γὰρ τῷ Ἡρακλεῖ*, cui Elmsleius de suo male praefixit lemma, *Σοὶ δ' ἐγὼ φράζω.* Ut enim quomodo hoc scholium verborum *σοὶ δ' ἐγὼ φράζω κ. τ. ἑ.* interpretatio esse possit perspici nequit, ita id cum antecedentibus artissime cohaerere perspicuum est, ut uno tenore scribendum sit:

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ῥείτω κατ' οὖρον: Ὁ περὶ τούτων λόγος ἐῤῥίφθω, φησὶν, εἰς τὸν ἀέρα· οὐκ ἐρῶ γὰρ τῷ Ἡρακλεῖ.

473. *Ἀγνώμονα*] *Ἀσύνετον.* Si glossa recte se habet, neque in *ἀσύνετα* est mutanda, is qui eam adscripsit manifesto vocabulum *ἀγνώμονα* feminino genere accepit: *ἐπεί σε μανθάνω θνητὴν φρονοῦσαν θνητά, κοὐκ ἀγνώμονα*, scilicet *οὖσαν*, neque immitis ingenii esse. Cum aliis, qui *ἀγνώμονα* neutro genere accipiunt et cum *θνητά* coniungunt, ut sensus sit: quoniam te ut hominem humana atque indulgentiae plena sentire video, facit glossa e scholiis recentioribus: *Ἀγνώμονα*] *Ἀσύνετα.*

490. Ad Deianirae verba: *ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν ὥστε ταῦτα δρᾶν*, breve exstat scholium: *Ὥσπερ προείρηκα, ταῦτα ποιήσω.* quibus scholiasta exponit quod Deianira dixerat se, postquam

cognovisset quae captiva a Licha adducta esset, suum in eam animum non mutaturam esse. Haec scholii verba, quamvis breviter enuntiata, vitio videntur laborare, quod duo membra ὥσπερ προείρηκα et ταῦτα ποιήσω non recte sibi respondent. Hinc Brunck. scribit: ἤγουν, ὥσπερ προείρηκα, οὕτω ποιήσω ταῦτα, temere, ut solet, verbis loco remotis novisque additis. Tum levius esset ὥσπερ in ἅπερ mutare. Fortasse tamen talis inconcinnitas orationis scholiastae relinquenda. Si vero quid mutandum est, scribendum opinor: ὥσπερ προείρηκα, κατὰ ταῦτα ποιήσω i. e. agam cum ea, tractabo eam, secundum ea, quae ante dixi, id est, clementer et comiter eam tractabo, quemadmodum ante dixi eius sortis me miserere.

ΠΡΟΕΙΡΗΚΑΚΑΤΑΤΑΥΤΑ quam facile in ΠΡΟΕΙΡΗΚΑΤΑΥΤΑ depravari potuerit, indicasse satis est.

497. Ad verba, μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί, inter alia annotat scholiasta: εἰκότως ὁ χορὸς τοιαύτην ἀρχὴν πεποίηται· πέπαυται γὰρ ὁ λόγος περὶ τοῦ ἔρωτος. Illud πέπαυται ὁ λόγος quid sibi velit non video. De Amore enim totum Chori carmen agit. Fortasse olim a scholiasta scriptum est: εἰκότως ὁ χορὸς τοιαύτην ἀρχὴν ποιεῖται· πεποίηται γὰρ ὁ λόγος περὶ τοῦ ἔρωτος.

539. Μιᾶς ὑπὸ χλαίνης] Ἀντὶ τοῦ, μιᾶς κοίτης.

Nonne scribendum: Ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ μιᾶς κοίτης.?

547. Τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω: Τῇ Ἰόλῃ προκόπτουσαν, καὶ αὐξομένην τὴν ἥβην.

Ex hac annotatione colligo scholiastam poetae verba ita legisse: ὁρῶ γὰρ ἥβην τῇ μὲν ἕρπουσαν πρόσω.

Quae observatio si vera est, iterum discrepantiam inter lemma et scholium ostendit.

549. Ὀφθαλμὸς ἄνθος: Τὸ ἄνθος τῶν νέων γυναικῶν φιλεῖ ἁρπάζειν ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ ἀνδρός. Τῶν δὲ ὑπαναχωρεῖν, (Ed. Rom. et Brunck. ὑπαναχωρεῖ, temere) δηλονότι τῶν πρεσβυτέρων.

Ibid. Τῶνδ' ὑπεκτρέπει πόδα: Ὧν δύο ἡλικιῶν τὴν νεάζουσαν ἁρπάζειν εἴωθεν ὁ τοῦ ἀνδρὸς ὀφθαλμός.

Posterior prioris scholii pars in fine alterius scholii collocanda mihi videtur, ut verba ita constituenda sint:

Ὀφθαλμὸς ἄνθος: Τὸ ἄνθος τῶν νέων γυναικῶν φιλεῖ ἁρπάζειν ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ ἀνδρός.

Ibid. Τῶνδ' ὑπεκτρέπει πόδα: Ὧν δύο ἡλικιῶν τὴν (μὲν fortasse inserendum) νεάζουσαν ἁρπάζειν εἴωθεν ὁ τοῦ ἀνδρὸς ὀρθαλμός· τῶν δὲ ὑπαναχωρεῖν, δηλονότι τῶν πρεσβυτέρων.

565. Ματαίαις χερσίν: Ὅτι οὐδὲν ἤνυσεν· ἔφθασε γὰρ ὁ Ἡρακλῆς τοξεύσας καὶ ἀνελὼν αὐτόν.

Nugae haec. Multo melius in scholiis recentioribus legitur: ματαίαις] ἀδίκοις, ἀκολάστοις.

570. Ἐὰν πύθῃ] γρ. πιθῇ. Immo πίθῃ.

569. Μόνον παρ' ὑμῖν εὖ: Ἀντὶ τοῦ πράσσοι τις. Scribendum: ἀντὶ τοῦ πράσσῃ τις. Respicit enim scholium poetae verba:

ὡς σκότῳ,
κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ.

Lemma igitur non ipsa, ad quae scholium pertinet, verba exhibet, sed proxime praecedentia.

Vitium πράσσοι unde natum sit facile intelliget qui sequentia legerit. Pergit enim scholiasta: Ὡς τό,

ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα Fίδοις (Il. Δ 223), ubi οὐκ ἂν ἴδοις valet οὐκ ἂν ἴδοι τις. Ceterum scholium recentius recte: ἀντὶ τοῦ πράσσῃ τις.

618. Ἔπειθ' ὅπως ἂν ἡ χάρις: Γνησίως διακονούμενος διπλασιάζεις τὴν χάριν, καὶ ἴσως φιληθήσει παρ' ἑκατέρου.

Pro διπλασιάζεις scribendum futurum διπλασιάσεις, quod sensus verborum et sequens φιληθήσει postulat.

Pro ipso illo φιληθήσει nescio an scribendum sit τιμηθήσει (hac enim forma scholiasta utitur), ut sensus sit: a me et ab Hercule mandati bene persoluti praemium accipies.

632. 4. *῏Ω ναύλοχα*: *Ὁ Χορὸς τοὺς περὶ τὴν Οἴτην οἰκοῦντας προσκαλεῖται ἐπὶ τῷ πανηγυρίσαι, διὰ τὴν προσδοκωμένην ἐπιδημίαν τοῦ Ἡρακλέους.*

Scribendum videtur: *προκαλεῖται ἐπὶ τὸ πανηγυρίσαι. τό* etiam habet L.

637. 4. *Ὁ δὲ Μηλιακὸς κόλπος Τραχίνιός ἐστιν.*

Fortasse scribendum: *ὁ δὲ Μηλιακὸς κόλπος Τραχῖνός ἐστιν.*

639. *῎Ενθ' Ἑλλάνων ἀγοραί*: *῞Οπου συνάγονται οἱ Ἀμφικτύονες εἰς τὴν λεγομένην Πυλαίαν, περὶ ἧς Ἀγάθων φησί, Πυλάδην — πρῶτον συστήσασθαι — καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν σύνοδον Πυλαίαν φησὶ προσαγορεύεσθαι.*

Alterum *φησὶ* omittendum.

662. *Πανάμερος*: *Εὐμενὴς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔλθοις εἰς ἔρωτα τῆς γυναικός.*

Pro *ἔλθοις* scribendum videtur *ἔλθοι*, ut recte in antecedenti scholio: *τὴν σήμερον ἡμέραν ἔλθοι.* Dicit enim Chorus: *ὅθεν μόλοι πανάμερος.*

665. *Μὴ περαιτέρω*: *Ὑπὲρ τὴν συμφέρουσαν χρείαν, καὶ πλείω τοῦ δέοντος.*

Postrema verba non intelligo. Intelligerem, si scriptum esset *πέρα τοῦ δέοντος*, ultro quam opus, quam consilium erat.

690. *Νῦν δ' ὅτ' ἦν ἐργαστέον*: *Νῦν δ' ὅτε ἐνέστη ὁ καιρὸς τοῦ χρῖσαι, ἔχρισα μαλλὸν ἐρίου.* Quae pertinent ad haec poetae verba: *νῦν δ', ὅτ' ἦν ἐργαστέον, ἔχρισα — μαλλῷ.* Igitur in scholio quoque necessario, id quod ipse sensus postulat, restituendum *μαλλῷ.* Significat enim *μαλλός*, floccus, ut recte dici possit: unxi pallium lanae flocco, *ἔχρισα μαλλῷ*, non vero: unxi lanae floccum, *ἔχρισα μαλλόν.* Non enim illa lana, sed *ὁ πέπλος* a Deianira unguitur idque lanae flocco: *μαλλῷ ἐρίου.*

697. Scholiasta poetae verba τὸ κάταγμα τῆς οἰός interpretatur per τὸ αἴγειον μήρυμα, in quibus vocabulum αἴγειον offendit, quia de lana caprina ne sermo quidem esse potest, quum poeta diserte addat τῆς οἰός. Pro αἴγειον scribendum puto ἄρνειον; tum τὸ κάταγμα τῆς οἰός recte explicatur per τὸ ἄρνειον μήρυμα.

796. Τότ' ἐκ προσέδρου: Ὅτε ἀπέκαμεν κυλιόμενος, τότε ἀνατείνας τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τῆς κεχυμένης τοῦ σώματος λιγνύος, εἶδέν με δακρυρροοῦντα.

Verba τοῦ σώματος corrupta videntur, pro quibus dativus requiritur itaque scribendum τῷ σώματι. In scholio recentiore, quod iisdem fere verbis, quibus nostrum, conceptum est, legitur τοῖς ὄμμασι; in quo si cui duplex oculorum mentio minus placet — ἀνατείνας τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τῆς κεχυμένης τοῖς ὄμμασι λιγνύος — pro τοῖς ὄμμασι e nostro scholio rescribi poterit τῷ σώματι.

803. μὴ ἐγγελασθῇ ὑπὸ τῶν Οἰχαλίων.

Pro Οἰχαλίων Brunck. scribit Οἰχαλιέων, et sane Οἰχαλιεὺς usitata est nominis forma, quamquam Οἰχάλιος quoque apud Steph. Byz. invenitur. Sed, si quid est mutandum, transposito tantum accentu pro Οἰχαλίων scribendum Οἰχαλιῶν.

812. Θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν θέμιν: θέμις δέ ἐστιν ἡμᾶς καταρᾶσθαί σοι, ἐπεὶ σὺ προτέρα τὴν θέμιν ἀπέῤῥιψας καὶ παρεῖδες· ἐὰν δὲ προὔλαβες, ἀντὶ τοῦ, φθάσασα τὴν θέμιν καὶ οὐκ ἐξεδέξω, ἕως τι κατὰ τὸ δίκαιον πράξῃς.

In ultimis verbis, ut procedat sententia, καί eiiciendum: φράσασα τὴν θέμιν οὐκ ἐξεδέξω, ἕως τι κατὰ τὸ δίκαιον πράξαις (sive πράξειας).

932 seqq. De Hyllo matrem Deianiram gladio interemptam aspiciente haec narrat nutrix:

ἰδὼν δ' ὁ παῖς ᾤμωξεν· ἔγνω γὰρ τάλας
τοὔργον κατ' ὀργὴν ὡς ἐφάψειεν τόδε,

ὄψ' ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ' οἶκον οὕνεκα
ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε.

Horum versuum quos recentiores editores ut interpolatos significarunt, hic manifesto sensus est: intellexit enim miser se iracundia sua hoc facinus accendisse, i. e. opprobriis suis et conviciis, quibus in matrem invectus esset se effecisse ut illa mortem sibi consciscèret, sero edoctus matrem invitam facinus perpetrasse a Centauro deceptam. Verba *ἔγνω* et *ἐφάψειεν* igitur ad unum eundemque, quippe Hyllum, referenda sunt.

Aliter et manifesto falso haec interpretatur Scholiasta, dicens: *ἔγνω γὰρ κατὰ ποῖον τρόπον τοῦτο ἐποίησεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ συνεῖδεν, ὡς ὀργισθεῖσα ἐπὶ τῷ ἠπατῆσθαι παρὰ τοῦ Νέσσου, τὸ ἔργον τοῦτο διεπράξατο.*

Deinde ex hac interpretatione sequi videtur Scholiastam pro *ἄκουσα* aliud legisse vocabulum, quod per *ἐπὶ τῷ ἠπατῆσθαι* interpretatus sit. Quae fortasse causa fuit, quare alii *σφαλεῖσα*, alii *πεισθεῖσα* pro *ἄκουσα* scribendum proposuerint.

1088. *Ὦ Διὸς ἀκτὶς παῖσον*] *Ὦ κεραυνέ, εἴτε με λάβοις.* Immo: *βάλοις*, ut: *νῆα θοὴν ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ*, et composita: *κεραυνοβόλος, κεραυνοβολία, κεραυνοβολεῖν, κεραυνοβλής.*

1103. *ἐγευσάμην, ἐπειράθην.*

Post *ἐγευσάμην* duo puncta ponenda, ut sit lemma.
ἐγευσάμην: ἐπειράθην.

AIAX.

1\. 18. *Ἀεὶ ὁρῶ σε, ὦ Ὀδυσσεῦ, τὴν παρὰ τῶν ἐχθρῶν σοι γινομένην βλάβην ζητοῦντα προυφαρπάσαι. οἷον, ἐπιβουλεύει σοί τις, σπουδάζεις τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ σοῦ γινομένην αὐτῷ τῷ ἐπιβουλεύσαντι βλαβερὰν γενέσθαι.*

Quo magis concinna oratio fiat, ante *ἐπιβουλεύει* inserendum est *εἰ*: *οἷον, εἰ ἐπιβουλεύει σοί τις, σπουδάζεις κ. τ. ἑ.*

Totum porro scholium e variis partibus conglutinatum est, quae diversos produnt auctores. Huius rei plurima ipsi scholio insunt documenta, quorum hoc uno utar, verba *πεῖράν τιν' ἐχθρῶν* apud alterum grammaticum activo, apud alterum passivo explicata esse sensu. Prior enim haec annotat:

Ἀεὶ ὁρῶ σε, ὦ Ὀδυσσεῦ, πείρᾳ καὶ δόλῳ μετιόντα τοὺς ἐχθρούς· alter interpretatur: *Ἀεὶ ὁρῶ σε, ὦ Ὀδυσσεῦ, τὴν παρὰ τῶν ἐχθρῶν σοι γινομένην βλάβην ζητοῦντα προυφαρπάσαι.*

7\. *Εὖ δέ σ' ἐκφέρει: Ἐπάγεταί σε ἡ βάδισις Αἴαντος, δίκην κυνὸς εὐοσφρήτου, ἀπὸ τοῦ ἴχνους ζητοῦντα, εἰ ἔνδον γέγονεν ὁ Αἴας.*

Poetae verba non satis bene intellexit scholiasta. Non enim vestigium Aiacis, (*ἡ βάδισις Αἴαντος*) sed tuus ipsius gressus, ait poeta, opportune te huc perducit, velut saga-

cis canis Lacaenae (cf. vs. 19 *μὲ βάσιν κυκλοῦντα*). Suam interpretationem ut probet haec addit scholiasta: *προέλκονται γὰρ τοὺς κυνηγέτας αἱ κύνες ἐπὶ τὰ ἐπαγόμενα, παρ' ὃ καὶ ἐπακτῆρας ἔνιοι θέλουσιν αὐτοὺς καλεῖσθαι, ὡς ἐπαγομένους ὑπὸ τῶν κυνῶν.* Venatores *ἐπακτῆρας* quoque vocari verum est, sed non *ὡς ἐπαγομένους ὑπὸ τῶν κυνῶν*, quum contra ipsi canes ad bestias agant: *ὡς ἐπάγοντας τὰς κύνας.* cf. Xen. Cyn. 10. 19 *οἱ δὲ τὰς κύνας ἐπάγουσιν.*

23. 6. *'Αλώμεθα*] Τῷ *νῷ ἀλώμεθα.*

Editor Romanus: *τῷ νῷ πλανώμεθα*, quae lectio stabilitur scholiis recentioribus, in quibus legitur: *ἀλῶμαι, τὸ πλανῶμαι, ἀφ' οὗ ἄλη, ἡ πλάνη.*

32. *Καὶ τὰ μὲν σημαίνομαι*: Οἷον, *σημεῖα ἐμαυτῷ τινα συντίθημι ἀπὸ τοῦ ἴχνους, τὰ δὲ ἀπορῶ· τοιοῦτον γὰρ συμβαίνει ἐπὶ τοὺς ἰχνευτὰς, ἐπιταραττομένων τῶν ἰχνῶν.*

Pro *ἐπί* scribendum *περί*, quod habet Cod. G.

33. In poetae verbis: *τὰ δ' ἐκπέπληγμαι κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅπου* libri, etiam editores, variant inter *ὅπου* et *ὅτου*. Scholiastam interpretantem: *οὐκ ἔχω ὅπως μάθω ποῦ ἐστιν* apparet legisse *κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅπου.*

52. *Τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς*: Χαρὰν *φησὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀνῃρῆσθαι.*

Haec vera esse non possunt. Nondum enim Aiax in Archivos, neque, Archivorum specie, in pecudes saevierat; sed, quum in eo esset ut impetum in Atridas faceret (vs. 49: *καὶ δὴ 'πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις*) Minerva eum prohibuit, *δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι γνώμας βαλοῦσα*, ita ut iram in pecudes converteret. Perfectum *ἀνῃρῆσθαι* igitur certo falsum est. Non ausim tamen coniecturam proponere in re incertissima; nam, ut Nauckius recte aperit, ipsum vocabulum *χαρᾶς*, de cuius interpretatione hoc scholio agitur, corruptum videtur.

55. Ad verba: *ἔνθ' εἰσπεσὼν ἔκειρε πολύκερων φόνον* annotat scholiasta: *ἤτοι, ἀντὶ τοῦ, κείρων ἐπ ῄ ε ι.*

Pro *ἐπῄει* scribendum *ἐ π ο ί ε ι.*

60. *Εἰς ἔρκη κακά*] *γρ. ἐς ἐρινῦν κακήν.*

Pro *ἐρινῦν* scribe *ἐρινύν*. Hinc Hermannus apud poetam scribendum coniecit: *εἰσέβαλλον εἰς ἔ ρ ι ν κακήν.*

77. Minervam, Aiacem e tentorio evocantem, Ulysses, metu perculsus, a proposito retinet, exclamans:

μὴ πρὸς θεῶν, ἀλλ' ἔνδον ἀρκείτω μένων.

Ad quae Minerva, eius confirmandi causa:

τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν;

id est: Num antea non fuit vir? Et ita scholiasta quoque recte locum interpretatur: *Μὴ τί γένηται φοβῇ; οὐχ ὁ αὐτὸς ἦν καὶ πρότερον ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲν ὑμᾶς εἰργάσατο κακόν, ἡμῶν ἐπιμελουμένων.*

Recta, inquam, est haec explicatio, modo interpunctio corrigatur; post *ἄνθρωπος* interrogandi signo posito, legendum: *οὐχ ὁ αὐτὸς ἦν καὶ πρότερον ἄνθρωπος;* Male tantum *ἀνήρ* redditur per *ἄνθρωπος*, quod vocabulum vim locutionis tollit.

80. 3. *Ἐς δόμους: Ποιητικῶς εἴρηται ἀντὶ τοῦ, ἐν δόμοις.*

Servavit igitur scholiasta pravam Codicis L. scripturam *ἐς δόμους*, quae neque poetica, neque omnino sanae mentis est.

82. 6. *Φρονοῦντα γὰρ α ὐ τ ὸ ν οὐκ ἂν ἐξέστην δι' εὐλάβειαν.*

E vocabulo *αὐτόν* patet scholiastam in textu legisse *ν ι ν* (*φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ.*) ita ut, quae in scholii lemmate leguntur, *φρονοῦντα γὰρ τ' ἂ ν οὐκ ἂν ἐξέστην*, non a scholii auctore profecta esse pateat. Codex F. in lemmate habet *νιν*.

110. *Μάστιγι πρῶτον: Ἐντεῦθεν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ δράματος· οὐ πρότερον φ ο ν ε ύ ω αὐτὸν, πρὶν ἂν μαστίξω.*

Sensus ipse postulat, ut pro *φονεύω* scribatur *φ ο ν ε ύ σ ω*, idque praebent Codd. F et G.

118. 5. *ἐφ' οἷς αὐχοῦσί τινες, τούτων στεροῦνται παρὰ θεῶν, ὡς καὶ Θάμυρις τὴν μουσικήν, καὶ Νιόβη τῶν τέκνων.*

Ergo pro *τὴν μουσικήν* scribendum *τῆς μουσικῆς.*

135. *Βάθρον ἀγχιάλου: Τὸ θεμέλιον, τὸ ἕδρασμα· ἀντὶ τοῦ, δι' ὃν ἵσταται ἡ Σαλαμίς.*

Male igitur scholiasta haec ita accepit, quasi poeta Aiacem quodammodo *βάθρον Σαλαμινίων* appellaret, Homericum illud *ἕρκος Ἀχαιῶν* imitatus.

Immo poetice dictum nihil aliud significat, nisi: tu, Aiax, qui Salamina tenes. cf. Phil. 1000. *γῆς — βάθρον.* Quae sequuntur de vocabulis *ἀμφιρύτου* et *ἀγχιάλου* agunt; digna autem verba sunt, quae afferantur: *οὐ πάντως δὲ αἱ ἀγχίαλοι καὶ ἀμφίαλοί εἰσιν· οἷα ἐστὶ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἀγχίαλος μέν, οὐκ ἀμφίαλος δέ.*

Haec si legimus dubium esse non potest, ubi haec scholia conscripta sint vel unde originem ducant.

138. *Κακόθρους δὲ, οἷόν ἐστι καὶ τὸ ἑξῆς, τοιούσδε λόγους ψιθύρους* (vs. 148), *ἀντὶ τοῦ διάβολος.*

Ita scribit Elmsleius, annotans MS. habere *διαβόλους.* Atque haec quidem scriptura quantocius est restituenda, quia referendum est vocabulum ad antecedens *ψιθύρους*; si enim ad *κακόθρους* pertineret, scholiasta sine dubio scripsisset: *κακόθρους δὲ, ἀντὶ τοῦ διάβολος· οἷόν ἐστι καὶ τὸ ἑξῆς, κ. τ. ἑ.*

141. 4. *πάνυ δὲ εὖνοι ὄντες ἀπιστοῦσι.* Corrige accentum: *εὔνοι.*

148. Literas, quae in L. obliteratae sunt, non omnes aeque bene supplevit Elmsleius. Scribit enim:

Τοιούσδε λόγους: Ὁ νοῦς· οὐδὲν ἐνεχυ(ρὸν εἰδὼς) ὁ Ὀδυσσεὺς πλάττεται ψευδεῖς λόγους, ἀκούσας μόνον ὡς (ἴης σ)ὺν νεορράντῳ ξίφει.

In ultimis verbis e Codice F (caret enim Cod. G. hoc scholio) supplendum erat: *ἀκούσας μόνον ὡς (εἴης ὀφθεὶς σ)ὺν νεορράντῳ ξίφει.*

151. Ad verba *εὔπιστα λέγει* haec annotat Scholiasta: *Ὅτι ἐν ἀτυχίᾳ καθέστηκας, τῆς ἥττης χάριν.* Causam igitur aperit quare Ulyssis in Aiacem maledicta et calumniae fidem haberent. Pergit: *ἢ ἐπεὶ μέγας εἶ, εἶχες τὸν Φθόνον συμπράττοντα.* Quae sic non intelligo. Scribendum videtur *εἶχε*, vel *ἔχει*, ut sensus hic sit: quia magnus es, quia flores, habebat (vel potius habet) invidiam adiutricem (scilicet obtrectator tuus Ulysses). *εἶχες* habet Codex G., *ἔχεις* F.

157. *Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ Φθόνος ἕρπει*, ait Chorus.

Τὸν ἔχοντα] *Λείπει τὸ εὖ, πρὸς τὸν εὖ ἔχοντα.*

Nihil vero omissum est; nempe *ὁ ἔχων* est is, qui possidet, qui divitias habet et praeterea qui quacumque in re prae ceteris eminet.

162. Dicit Chorus:

ἀλλ' οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους
τούτων γνώμας προδιδάσκειν·
ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν θορυβεῖ,

Scholia autem ad hunc locum haec habent: *Ἀλλ' οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους*: *Ἀνοήτων, καὶ Φθονερῶν, καὶ διαθρεῖν τὰ τοιαῦτα ἀνεπιστημόνων.*

Lemmate decepti Editor Romanus et Brunck. genetivos in accusativos mutarunt: *ἀνοήτους, καὶ Φθονεροὺς, καὶ — ἀνεπιστημόνας.* Primo autem obtutu apparet Scholium non ad vocabulum *ἀνοήτους* quod in lemmate legitur pertinere, sed ad verba sequentia: *ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν θορυβεῖ*, quorum rectam praebet interpretationem, ita ut nihil sit mutandum. Quae porro in eodem scholio leguntur: *κἀνθάδε τὸ θορυβῇ κ. τ. ἑ.*, etiam documento sunt scholiastam non primum versuum supra allatorum interpretatum esse, sed tertium: *ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν θορυβεῖ.*

179. *Ἠ χαλκοθώραξ ἤ τιν' Ἐνυάλιος*: *Διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ Ἐνυαλίου, ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ,*

καὶ δῆλον ἐκ τῶν συνδέσμων· δηλοῦται γὰρ ὁ Ἄρης ἐκ τοῦ χαλκοθώραξ.

Manifestum est, eum qui haec scripsit, legisse *ἤ τιν᾽* Ἐ., itaque poetae verba sic intellexisse, ut verbis *χαλκοθώραξ* et *Ἐνυάλιος* duo numina diversa indicarentur. Nunc vulgo, e Reiskii coniectura, legitur *σοί τιν᾽ Ἐνυάλιος*. In ipsis autem scholiastae verbis vitium latere arbitror. Dicit enim: *διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ* Ἐ., *ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ.* Quae si ita legenda essent, Ares minor, Enyalius maior deus haberetur. Quum autem res contra se habeat et Mars in maiorum deorum numerum referendus sit, Enyalius minorum deus gentium habeatur, verba ita transponenda sunt, ut legatur: *Διαστέλλει τὸν Ἐνυάλιον ἀπὸ τοῦ Ἄρεος, ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ.* Ipsum etiam Scholiastam Marti principem locum tribuere, ex sequentibus eius verbis apparet: *ἢ καὶ ὁ Ἄρης μεμφόμενός σοι — ἐτίσατό σε*, in quibus de altero deo ne verbo quidem mentio fit.

202. Tecmessa Chorum nautarum Salaminiorum appellat *γενεὰ χθονίων ἀπ᾽ Ἐρεχθειδᾶν*, quod Scholiasta recte explicat: *διὰ τὸ τὴν Σαλαμῖνα συνῆφθαι τῇ Ἀττικῇ, καὶ περισπούδαστον τοῖς Ἀθηναίοις αὐτὴν κτήσασθαι· πρὸς εὔνοιαν οὖν τῶν ἀκροωμένων τοῦτο φησίν.* Inepta autem sunt quae sequuntur: *ἢ ἐπεὶ ἐξ Αἰγίνης ἐλθὼν ὁ Τελαμὼν ἐβασίλευσε Σαλαμῖνος· ἡ δὲ Αἴγινα τῆς Ἀττικῆς.* Non enim, quod Telamon rex ex Aegina oriundus esset poeta ipsos Salaminios e genere Erechthidarum ortos, id est Athenienses, vocare poterat.

241. Recte Scholiasta interpretatur poetae verba: *μέγαν ἱπποδέτην ῥυτῆρα λαβὼν παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ*, dicens: *Διπλώσας τὸν χαλινὸν, παίει τὸν κριόν, ὡς λιγυρᾷ καὶ ὀξυφώνῳ μάστιγι.* Sequitur: *Ἱπποδέτην δὲ ῥυτῆρα, χαλινὸν μέγαν· μέγαν δέ, πρὸς τὸ πικρότερον καθάψασθαι τοῦ ἐχθροῦ.*

In his prius μέγαν supervacuum est. Ἱπποδέτης ῥυτήρ est enim, ut recte Scholiasta interpretatur, χαλινός, non χαλινὸς μέγας; hoc ipsum vocabulum μέγας enim a poeta additum est propter Aiacem: πρὸς τὸ πικρότερον καθάψασθαι τοῦ ἐχθροῦ.

250. Scholiasta non intelligens verba: θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον ποντοπόρῳ ναΐ μεθεῖναι, vana commenta nobis obtrudit: ἕκαστον ἡμῶν, φησὶ, δεῖ μεθεῖναι, τουτέστιν, ῥῖψαι ἑαυτὸν ἐν νηΐ καὶ φυγεῖν.

Locutio εἰρεσίαν ναΐ μεθεῖναι dicitur de velis dandis, de celeri fuga, metaphora sumpta a laxandis frenis.

257. 2. ὡς γινομένων τινῶν σημείων ἐπὶ τοῖς πνεύμασιν, ὥστε παρατείνειν αὐτά, ἢ ταχέως πεπαῦσθαι.

Manifesto haec corrupta sunt; verba enim παρατείνειν et πεπαῦσθαι sic sibi non opponuntur, et praeterea ipsa, de qua agitur, res futurum tempus requirit, ita ut sit scribendum: ὥστε παρατενεῖν αὐτά, ἢ ταχέως πεπαύσεσθαι.

261. Μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος: Οἷον, μηδενὸς συμπράξαντος καὶ μετασχόντος τῶν ἁμαρτημάτων· ἡ γὰρ κοινωνία τῶν ἁμαρτημάτων φέρει τινὰ παραμυθίαν·

Rectissime verborum sensum aperit. Male vero his accedit observatio: περισσὴ δὲ ἡ παρα προθέσις. Non enim praepositio supervacua est; nam id ipsum de quo scholiasta loquitur, ἁμαρτήματα dico, verbo παραπράξαντος inest. Verba enim cum praepositione παρα composita significant aliquid mali vel perversi, ut παραβλέπειν, παραγιγνώσκειν, παρακούειν, παραφρονεῖν alia; igitur nostro quoque loco παραπράττειν est male facere, et μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος significat: quum nemo alius Aiacis malorum causa sit (praeter Aiacem ipsum).

276. In verbis: αὐτοῦ μὲν τότε ἐξεστηκότος καὶ τερπομένου, νῦν δὲ σωφρονοῦντος καὶ λυπουμένου. μὲν a loco suo aberravit. Post τότε ponendum est, ut membrorum oppositio restituatur: αὐτοῦ τότε μὲν — νῦν δέ.

292. Recte Scholiasta verba: ὃ δ' εἶπε πρός με βαΐ', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα interpretatur per: ἀεὶ θρυλούμενα ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, καὶ κοινά. Errat autem qui post haec inepte addit: ἢ ἀεὶ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα πρὸς ἐμέ. Parum hoc conveniret cum iis quae supra poeta dixit: ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας. (vs. 212)

299. Ἔσφαζε κἀρράχιζε: Ὅπερ Ὅμηρος αὖ ἐρύειν φησὶν, ὥστε κατὰ τοῦ λαιμοῦ γίνεσθαι τὴν σφαγήν.

Falsum lemma Scholio praepositum est; scholiastae enim interpretatio referenda est ad verba antecedentia τούσδ' ἄνω τρέπων. Nam quod Homerus dicit αὐερύειν (ita enim scribendum, vel potius ἀFFερύειν) nihil aliud est quam ἄνω τρέπειν: capite resupinato guttur ferire.

326. Καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων: Προεκτικὰ πρὸς τὸν ἀκροατήν, ἵνα προσέχῃ ἀκριβέστερον, προσδοκῶν τὸ συμβησόμενον.

Annotat Dindorfius: „Corrige προσεκτικά ex F. G. Frequens hoc sensu apud scholiastas προσεκτικός et προσοχὴν ἐργάζεσθαι." Ita iam Ed. Rom. et Brunck. scripserunt; praeterea, quin προσεκτικά scholii auctor scripserit, dubium esse non potest propter sequens: ἵνα προσέχῃ ἀκριβέστερον.

334. Postquam Tecmessa narravit quomodo Aiax insania correptus in tentorio saevierit in pecudes, iam vero, postquam ad sanam mentem redierit, animo aegro et demisso eum esse, ita ut, ne ipse sibi manus inferat, sit timendum, Chorus dicit:

Τέκμησσα, δεινά, παῖ Τελεύταντος, λέγεις
ἡμῖν, τὸν ἄνδρα διαπεφοιβάσθαι κακοῖς.

Ad quae, flebili sono Aiacis audito, Tecmessa: τάχ' ὡς ἔοικε, inquit, μᾶλλον· (scilicet: λέξεις δεινά με λέγειν.) ἢ οὐκ ἠκούσατε Αἴαντος, οἵαν τήνδε θωύσσει βοήν;

Male autem haec ita interpretatur Scholiasta:

Τάχ' ὡς ἔοικε: Τάχα, ὡς φαίνεται, μᾶλλον στενάζει, ὡς νῦν αὐτοῦ μᾶλλον παρωξυμμένου ἢ πρότερον· εἶτα πρὸς τὸν

χορὸν τὰ ἑξῆς· κ. τ. ἑ. Hoc igitur scholiasta Tecmessam dicere putat: Brevi, ut videtur, multo etiam magis fremitus edet. Tum autem pro στενάζει scribendum στενάξει et fortasse ἔτι inserendum: τάχα, ὡς φαίνεται, ἔτι μᾶλλον στενάξει.

340. Postquam Aiax exclamavit, ἰὼ παῖ παῖ, Tecmessa in summa animi perturbatione et metu in haec verba erumpit:

ὤμοι τάλαιν'· Εὐρύσακες, ἀμφὶ σοὶ βοᾷ.
τί ποτε μενοινᾷ; ποῦ ποτ' εἶ; τάλαιν' ἐγώ.

Rectissime haec interpretatur Scholiasta: ἀπορούσης τὸ ἦθος· τὸ μὲν ἀποιμώζει, τὸ δὲ καλεῖ τὸν παῖδα· εἶτα πρὸς ἑαυτὴν ἐπαπορεῖ, καὶ πάλιν καλεῖ τὸν παῖδα, καὶ ἑαυτὴν ἀπολοφύρεται.

Haud dubie haec ab antiquiore grammatico profecta sunt. Recentior tamen, sciolus, nescio quis, veritus scilicet ne intelligeremus, quo illud εἶτα πρὸς ἑαυτὴν ἐπαπορεῖ spectet, inserit: τί ποτε μενοινᾷ.

354. Scholiasta primum docte narrat quare versus,

οἴμ', ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν·
δηλοῖ δὲ τοὔργον ὡς ἀφροντίστως ἔχει,

Choro, non Tecmessae tribuendi sint. Deinde interpretationem addit: ἔοικεν οὖν, φησὶν, ὅτι ἐν μεγάλῳ χειμῶνι γέγονας· τὸ γὰρ ἀφροντίστως, οἷον, διὰ τὸ μηδένα ἐπιμεληθῆναί σου (ita enim cum Edit. Rom. scribendum pro σε) ἐν χειμῶνι γέγονας.

Qui haec scripsit manifesto pro ἔχει legit ἔχεις (ὡς ἀφροντίστως ἔχεις) Chorumque Aiacem alloqui putat. Alter autem scholiasta recte vidit Chorum ad Tecmessam se convertere: πρὸς τὴν Τέκμησσαν ὁ λόγος· νομίζω σε ἀληθῆ μοι μεμαρτυρηκέναι περὶ τῆς μανίας τοῦ Αἴαντος· οὕτως γὰρ τὸ πρᾶγμα δείκνυσιν ἡμῖν, ὅτι μανικῶς διετέθη. Hic igitur legit ἔχει.

356. Ναΐας] Τῆς ναυτικῆς· ἐπεὶ ναυτικοὶ δοκοῦσιν οἱ νησιῶται. Pro his in mentem mihi venit scribere: ἐπεὶ (τὰ) ναυτικὰ ἀσκοῦσιν οἱ νησιῶται.

362. Aiacem Choro persuadere studentem, ut ipsum interficiat, Chorus monet: μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς
ἄκος, πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει.

Horum versuum scholia duas interpretationes afferunt quarum prior inepta: Τὸ ἑξῆς· μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς ἄκος, μεῖζον ποίει τῆς ἄτης τὸ πῆμα· ἄτην δὲ, τὴν μανίαν· πῆμα δὲ, τὸν θάνατον, ὅ ἐστιν χεῖρον τῆς μανίας· τοῦτο δὲ φησὶν, ἐπεὶ ὁ Αἴας λέγει τῷ χορῷ· ἀλλὰ σύ με δάϊξον. Hic igitur genetivum τῆς ἄτης pendentem facit a comparativo πλέον, unde inepta eius interpretatio. Pro extremis scholii verbis e codice G. ipsius poetae verba ἀλλά με συνδάϊξον restituenda videntur.

Alter scholiasta contra recte vidit τὸ πῆμα τῆς ἄτης poetice dictum esse pro τὴν ἄτην (ut apud Homerum πῆμα κακοῖο et apud nostrum Phil. 765. τὸ πῆμα τῆς νόσου). Recte igitur interpretatur: Μὴ θεραπείαν κακοῦ ἕτερον κακὸν ἐπεισαγάγῃς, οἷον, μὴ τῷ θανάτῳ διαλύσῃς τὸ ὄνειδος· πῆμα δὲ ἄτης, κατὰ περίφρασιν, τὴν (articulus enim e Codd. F. et G. inserendum) ἄτην.

368. 1. Μὴ δέσποτ' Αἴας: Τοῦτο Τεκμήσσης ἐστὶ, καὶ παρὰ μέρος γίνονται αἱ παραμυθίαι.

Pro παρὰ μέρος scribendum κατὰ μέρος. Hoc enim, et ἀνὰ μέρος, significat: vicissim, alternis vicibus, qui sensus hic requiritur. Contra παρὰ μέρος significat: extra ordinem. Xenoph. Anab. 7. 6. 36 opponuntur ἐν τῷ μέρει — παρὰ τὸ μέρος. Id ipsum ἐν μέρει post pauca in hoc scholio legitur: οἱ δὲ ἐν μέρει τυγχάνωσιν ἀναπαύλης, ita ut παρὰ μέρος, eodem sensu usurpatum, praecedere nequeat.

392. Ἐπειδὴ τῆς παραμυθίας οὐκ ἠδυνήθη αὐτὸν μεταθεῖναι, δοκεῖ ἐκ τούτων αὐτὸν μεταθεῖναι.

Ut sensus evadat cum Cod. G. scribendum: ἐπειδὴ διὰ τῆς παραμυθίας κ. τ. ἑ.

379. Aiax in Ulyssem invehens dicit: ἰὼ πάνθ' ὁρῶν. Scholi-

astam autem interpretantem: Πανοῦργε καὶ περίεργε manifestum est legisse ἰὼ πάντα δρῶν, quod Wakefieldus restituit.

396. 2. Ἐνταῦθα δὲ ἕλεσθε ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς λάβετε.

Totum scholium in recentioribus scholiis iisdem fere verbis repetitur. Ibi autem legitur, quod in nostro quoque scribendum: ἐνταῦθα δὲ ἕλεσθε ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ λάβετε.

437. Πιθανῶς τὸ μὴ εἰπεῖν πλείονα τοῦ πατρὸς κακοπαθῆσαι, ἀλλὰ μὴ ἐλάττονα.

In his vocabulum κακοπαθῆσαι corruptum videtur. De infortunio enim Telamonis poeta ne verbo quidem loquitur, quum contra de rebus a patre filioque feliciter gestis et de gloria belli ab Aiace non minus quam a Telamone parta sermo sit. Sensus scholii, poetae verbis collatis, hic esse debet: bene poeta instituit, quod Aiacem non dicentem facit, se plus patre bello valuisse, sed, non minus. Igitur pro κακοπαθῆσαι legendum videtur κατορθῶσαι vel eiusmodi quid.

453. Qui ad hunc versum annotat: Παρὰ τὴν αἰχμὴν αἰχμάξαι, apud poetam legit aut legere sibi visus est: ὥστ' ἐν τοιοῖσδε χεῖρας αἰχμάξαι βροτοῖς, quod nihil est. Aoristus ᾔχμασα legitur vs. 97 huius fabulae, ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα; ubi multi e coniectura scribunt ᾔμαξας.

488. Dicit Tecmessa:

ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρός,
εἴπερ τινὸς σθένοντος ἐν πλούτῳ Φρυγῶν·

Ad alterum horum versuum exstat scholium, quod ita Elmsleius scribit:

Σθένοντος ἐν πλούτῳ, εἴπερ τινὸς τῶν Φρυγῶν: ἀντὶ τοῦ, ὡς οὐκ ἄλλου τινός.

Priora igitur verba ita posita sunt, quasi sint scholii lemma; quod fieri non posse perspicuum est; tum enim verba eodem ordine se excipere debebant, quo poeta iis utitur. Propter hoc ipsum illis verbis scholii auctor poetae verborum ordinem

exponere voluisse mihi videtur, ita ut verba, quibus scholiastae hoc indicare solent excidisse putem:

(Τὸ ἑξῆς·) *σθένοντος ἐν πλούτῳ, εἴπερ τινὸς τῶν Φρυγῶν· ἀντὶ τοῦ, ὡς οὐκ ἄλλου τινὸς* (*τῶν Φρυγῶν* addit Brunck.)

495. 5. Obsecro te, Tecmessa ait,

μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν
τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, χειρίαν ἐφείς τινι.

Recte ultima verba scholiasta interpretatur, licet falso post *λαβεῖν* interpungat, dicens: Ἡ *ὑπὸ πρὸς τὸ χειρίαν· ὑποχειρίαν δούς τινι τῶν ἐχθρῶν.*

523. *Ὅτου δ' ἀπορρεῖ μνῆστις*: Ἡ *μνήμη τοῦ εὖ πεπονθέναι, οὗτοι οὐκ ἂν εἶεν εὐγενεῖς·*

Hic manifesto aliquid excidit. Integra verba ex G. restituenda sunt: *ὧν ἀπορρεῖ ἡ μνήμη τοῦ εὖ πεπονθέναι κ. τ. ἑ.*

525. *Ἔχειν σ' ἂν οἶκτον: Δυσωπητικὰ τὰ τοιαῦτα· εἰ γὰρ ὁ ξένος ᾤκτειρε, πόσῳ μᾶλλον ὁ Αἴας;*

Pro *ᾤκτειρε* exspectamus praesens *οἰκτείρει.*

558. 2. *τῇ δὲ μεταφορᾷ τῶν μικρῶν φυτῶν ἐχρήσατο.*

Solent dicere: *τῇ δὲ μεταφορᾷ ἀπὸ τῶν μ. φ. ἑ.*

562. *Διὰ τί, φησὶν, ἐνταῦθα τρανῶς ἐκφέρει τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ὁ Αἴας, ὅτι δὴ ἑαυτὸν ἐξάγει τοῦ βίου;*

Scribendum: *ὅτι δὴ ἑαυτὸν ἐξάξει τοῦ βίου;*

564. *Θήραν*] *γρ. φρουράν*, quod ipsum scholiastam legisse ex antecedentis scholii verbis, *φυλακὴν ἔχων τῶν ἐχθρῶν*, et *φρουροὺς ἔταξαν*, apparet.

572. *Πιθανῶς τὸν Αἴαντα ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ὅπλων λόγον ἰέναι συνεχῶς·*

Pro *ἰέναι* nescio an sit scribendum *ἐπανιέναι*; hoc enim dicit scholiasta: non mirandum Aiacem in oratione sua identidem redire ad armorum iudicium.

579. Dicit Aiax Tecmessae: *καὶ* ΔΩΜΑΠΑΚΤΟΥ, quod scholiasta accepit pro *καὶ δῶμ' ἀπάκτου*, explicans: *κατὰ τῶν σκηνῶν*

ἄπαγε, quamquam *ἀπάκτου* ne vox quidem Graeca esse videtur. Vera autem scriptura servata est in scholio ad vs. 784 ubi, nostro loco respecto, legitur: *καὶ δῶμα πάκτου.*

574. 2. *τὸ δὲ σάκος, διὰ τὸ ἐξαίρετον, τῷ παιδὶ φυλάσσειν κελεύει· τὰ δὲ ἄλλα τεύχη συνθάψαι φησίν· — οἶδεν Ὅμηρος ὅπλα συγκαιόμενα·* ad quod demonstrandum sequitur locus Il. ζ′ 418.

Ex G. pro priore *δὲ* scribendum *μέν*: *τὸ μὲν σάκος — τὰ δὲ ἄλλα τεύχη*, et pro *οἶδεν* scribendum: *οἶδε καὶ Ὅμηρος.*

589. Quod Aiax dicit:

οὐ κάτοισθ' ἐγὼ θεοῖς
ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἴμ' ὀφειλέτης ἔτι;

duobus modis in Scholiis explicatum est. Prior interpretatio est absurda: *Οὐκέτι, φησὶν, ἐν τούτῳ εἰμὶ, ὥστε ὀφείλειν τοὺς θεοὺς ἐπαρκεῖν μοι, διὰ τὸ μὴ περιέχεσθαι τοῦ ζῆν·*

Hic enim sensus ut poetae verbis inesse posset, scriptum esse deberet: *θεοὶ ὀφειλέται ἐμοί.*

Sequitur: *ὡς οὐκέτι τοῖς θεοῖς ὀφείλω λέγειν ἐγὼ ἐπαρκεῖν, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν ἐπὶ τιμῇ πράττειν τῶν θεῶν· πρὸς ὃ καὶ ἡ Τέκμησσα ἐπάγει· Εὔφημα φώνει.*

Haec sic intelligi non possunt; si vero e Cod. G. et e Suida haec ita corrigimus, ut legatur: *ἢ οὕτως· οὐκέτι τοῖς θεοῖς ὀφείλω ἐγὼ ἐπαρκεῖν κ. τ. ἑ.* rectissime Scholium poetae verba interpretatur.

581. Post scholii verba, quibus exponuntur quae poeta dicit: *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι τραύματι*, haec addit Codex G.: *καὶ ἐν Ποιμέσι* „*λόγῳ γὰρ ἕλκος οὐδὲν οἶ π̈ τυχεῖν.*" Apud Suidam (s. v. *θρηνεῖν*) rectius scriptum *οἶδά που χανόν*. Corrigendum esse ait Dindorfius: *οἶδά πω χανόν*. Haberemus igitur: *λόγῳ γὰρ ἕλκος οὐδὲν οἶδά πω χανόν*, quibus sensum aut nullum aut nostri loci sententiae plane contrarium inesse dixerim. Ego scribendum puto:

λόγῳ γὰρ ἕλκος οὐδὲν οἶδά πω χανόν
τυχεῖν — scil. medelae.

620. Ἄφιλα παρ' ἀφίλοις: Παρὰ τοῖς πρώην αὐτοῦ φίλοις, νῦν διὰ πάντων ἐπιλελησμένοις·

Qui haec ita interpretatur, manifesto ante oculos habuit scripturam Codicis: ἄφιλα παρὰ φίλοις. Nam sequitur: ἢ ἄφιλα παρ' ἀφίλοις, ἐχθρὰ παρ' ἐχθροῖς.

646. 10. Ἤτοι δὲ σχῆμά ἐστιν, ἅπαντα ὁ χρόνος φύει φύλα, εἶτα ἐξαλλαγῇ καὶ ταῦτα φανέντα κρύπτεται.

Pro φύλα quod sensu caret ex G. corrigendum δῆλα. Tum scholiastam poetae verba sic legisse statuendum est:

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος,
φύει τὰ δῆλα καὶ φανέντα κρύπτεται.

651. Prior scholiasta monet poetae verba ita interpungenda esse:

κἀγὼ γάρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε
βαφῇ σίδηρος ὥς, ἐθηλύνθην στόμα
πρὸς τῆσδε τῆς γυναικός·

Nam: ἐν τῇ βαφῇ, ait, οὐκ ἀνίεται ὁ σίδηρος, ἀλλὰ μᾶλλον σκιραίνεται· οὕτως οὖν διασταλτέον.

Alter vero, quamvis modeste, priori obloquitur: διssῶς, inquit, βάπτεται ὁ σίδηρος· εἰ μὲν γὰρ μαλθακὸν βούλονται αὐτὸν εἶναι, ἐλαίῳ βάπτουσιν· εἰ δὲ σκιρόν, ὕδατι. Hic igitur defendit interpunctionem vulgatam:

κἀγὼ γάρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
βαφῇ σιδηρὸς ὣς ἐθηλύνθην στόμα.

669. Videtur scholiasta legisse:

καὶ γὰρ τὰ θεῖα καὶ τὰ καρτερώτατα
τιμαῖς ὑπείκει·

Interpretatur enim: εἰ γὰρ τὰ θεῖα ὑπείκει τιμῇ, πόσῳ μᾶλλον προσήκει τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα πράττειν; et in priore scholio legitur: τὰ θεῖα καὶ δέος μὴ ποιοῦντα, ubi

674. ultima verba corrupta sunt. Brunck. δέος ἐμποιοῦντα, vix recte. Sensus requirit: δέος μὴ ἔχοντα.

Dicit poeta:

δεινῶν τ᾽ ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον·

id est, idem ventus, qui mare turbat, etiam fluctus sedat et mare tranquillum reddit. Eodem modo Horatius (Carm. 1. 3. 16) de Noto: quo non arbiter Hadriae
maior, tollere seu ponere volt freta.

Quem sensum scholiasta non intelligens, more suo inepte praepositione suppleta, locum ita interpretatur: λείπει ἡ ὑπό πρόθεσις, ἵν᾽ ᾖ, ὑπὸ δεινῶν πνευμάτων στένοντα πόντον ἄημα πρᾶον ἐκοίμισεν αὐτόν.

683. Ad verba ἑταιρείας λιμήν male adscripsit scholiasta Φιλία. Quod qui legit alter, vir ineptissimus et stultissimus, opinatus est interpretationem esse vocabuli λιμήν et addidit: λιμὴν ἡ φιλία, ἵν᾽ ᾖ, ἡ τῆς ἑταιρείας φιλία. Quasi latine dicas: familiaritatis amicitia.

693. Ἔφριξ᾽ ἔρωτι: Χρείας ἕνεκα τὸ χορικὸν νῦν παρείληπται· Exponit deinde quae sit illa χρεία, quibus dictis addit: ἔνθεν καὶ βραχύ ἐστι τὸ χορικόν, ὡς πρὸς χρείαν εἰλημμένον. Pro ultimo vocabulo scribendum παρειλημμένον, ut in scholii initio.

Sequitur: Τέρπεται ὁ χορὸς ἐπὶ τῷ παύεσθαι τῆς νόσου τὸν Αἴαντα. Cum G. scribendum: ἐπὶ τῷ πεπαῦσθαι.

701. Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι: Ἀναγκαίως, καὶ τοῦτο ἡ αἰτία τῆς ὀρχήσεως, ἵνα μὴ δοκῇ ἀλόγως ἐπὶ τοῦτο ἀπαντᾶν.

Manifesto haec corrupta sunt. Scholio hic sensus inesse debet: necessario chorus causam saltationis aperit, ne temere saltare videatur. Fortasse scribendum: ἀναγκαίως δηλοῦται ἡ αἰτία τῆς ὀρχήσεως κ. τ. ἑ.

716. Scholiasta, quum non intelligeret ἐξ ἀέλπτων valere ex insperato, haec verba coniunxit cum vocabulo νεικέων: Ὁπότε ἐξ ἀνελπίστων καὶ μεγάλων νεικέων ὁ Αἴας μετεπείσθη.

745. Ταῦτ' ἐστὶ τἄπη] Ἐπίσταται γὰρ ἀκηκοέναι τὰ παρὰ τοῦ Κάλχαντος.

In his aliquid excidisse videtur. Scribendum opinor: ἐπίσταται γὰρ διὰ τὸ ἀκηκοέναι τὰ παρὰ τοῦ Κάλχαντος.

797. Κἀπί τῳ] Ἐπὶ τίνι, διὰ τί. Recte. In lemmate igitur quoque Elmsleius scribere debebat: κἀπὶ τῷ;

801. Καθ' ἡμέραν τὴν νῦν: Ἀμφιβόλως, ἤτοι μαθὼν τὴν νῦν ἡμέραν, ἢ ὅτι κατὰ τὴν νῦν ἡμέραν τεθνήξεται.

In priore membro Codex G. etiam habet κατά, quod fortasse recipiendum: ἤτοι μαθὼν κατὰ τὴν νῦν ἡμέραν, ἢ ὅτι κατὰ τὴν νῦν ἡμέραν τεθνήξεται.

815. 12. Ἧι τομώτατος: Ἀντὶ τοῦ ὅπου. Quae sequuntur huc non pertinent, sed referenda sunt ad proxima poetae verba: εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή. Dicit enim scholiasta: πρέπον γὰρ ἂν εἴη τῷ ἀπηυδηκότι ἀλογίστως εἶναι ἐπὶ τὸ προκείμενον κ. τ. ἑ. In his ipsis verbis εἶναι mutandum videtur in ἰέναι: ἀλογίστως ἰέναι ἐπὶ τὸ προκείμενον.

831. Τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προστρέπω] γρ. Τοσαῦτά σοι.

Haec varia lectio esse non potest, sed videtur scholiasta indicare voluisse verba τοσαῦτά σ', si plene scriberentur, esse τοσαῦτά σοι. Itaque signum γρ. tollendum, quamquam tum scholiastae opinio falsa est; σ' enim σε non σοι valere, vel metrum eum docere poterat.

Quod porro ad eadem verba adscriptum est: Προστρέπω] Ἱκετεύων ἐπιτέρπομαι typothetae error esse videtur pro ἐπιτρέπομαι.

833 in fine. ὁ δὲ Σοφοκλῆς — ψιλῶς φησί·

πλευρὰν ἀναῤῥήξαντα τῷδε φασγάνῳ,

κατὰ τί τὴν πλευρὰν μὴ εἰπών.

Memoria lapsus scholiasta videtur scripsisse ἀναῤῥήξαντα, quum omnes libri διαῤῥήξαντα praebeant.

837. Τανύποδας: Τὸ τανύποδας τῷ μαθεῖν συναπτέον. Οἷον,

ταχέως μαθεῖν τὸ κατ' ἐμέ, καὶ μὴ ἀμελῆσαι ἐπεξελθεῖν τὸν ἐμὸν φόνον·

Falsum esse, quod Scholiasta dicit *τανύποδας* cum *μαθεῖν* iungendum esse, ut valeat *ταχέως μαθεῖν*, sua sponte apparet. Verebatur scilicet ut *σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας* recte dici posset. Alter Scholiasta recte ita interpretatur: *ἢ καθ' ἑαυτὸ τὸ τανύποδας λεκτέον, τὰς πανταχοῦ τεινούσας τοὺς πόδας.*

1010. *Πῶς γὰρ οὐχ ὅτῳ πάρα*: *Πῶς γὰρ αὐτός με ἡδέως δέξεται, ᾧ καὶ εὐτυχοῦντι τὸ προσηνὲς ἄπεστι καὶ ἱλαρόν.* Sequentia eodem modo: *Οὐχ ὅτῳ πάρα. Οὐχ ᾧ τινι οὐδ' εὐτυχοῦντι πάρεστιν τὸ γελᾶν.*

Male igitur in poetae verbis *οὐχ* cum *πάρα* coniunxit scholiasta, ut idem significet quod *ἄπεστιν*. Idem in sequentibus inepte interpretatur vocabulum *εὐτυχοῦντι*; dicit enim: *εὐτυχοῦντι δὲ εἶπεν, οὐκ ἐπὶ τῷ υἱῷ ἐσφαγμένῳ, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς ἀνδραγαθίαις τοῦ υἱοῦ, καὶ τῇ ἁλώσει τῆς Τροίας.*

Immo poetae verborum sensus hic est: Quo modo fieri potest, ut aliter res se habeat, ut pater non comiter me excipiat? (*πῶς γὰρ οὐχ;*) Pater Telamon enim is est, qui numquam rideat, numquam laeto et hilari sit animo, ne in rebus quidem secundis. (*μηδ' εὐτυχοῦντι.*)

1126. *Κτείναντά με*] *Ὅσον ἧκεν ἐφ' ἑαυτῷ κτείναντά με. Δεινόν. Ὁ μὲν εἶπεν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ· ὁ δὲ τῆς φωνῆς ἀντιλαμβάνεται· κ. τ. ἑ.*

Post vocabulum *Δεινόν* duo puncta ponenda sunt, ut sit lemma, ad quod sequentia referantur.

1134. 35. In altercatione Menelai et Teucri hic rogat:

ἦ σοὶ γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτέ; cui ille respondet: *μισοῦντ' ἐμίσει· καὶ σὺ τοῦτ' ἠπίστασο.* ad quae Teucer: *κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς ηὑρέθης.*

Legitur autem in scholiis: *Εἰκότως, φησὶν, ἐμίσει σε ἀδικούμενος*, quae manifesto ad tertium versuum allatorum spec-

tant; recte enim his verbis scholiasta exponit vim vocis *γάρ*. Iure, Teucer inquit, Aiax te oderat, nam *κλέπτης αὐτοῦ ψηφοποιὸς ηὑρέθης*. Itaque falso Elmsleius scholiastae annotationem refert ad versum antecedentem 1134.

1211. Καὶ *πρὶν μὲν*] Οἷον, *πρὶν ἐπέλθοιεν οἱ πολέμιοι.*

Absurdum esset Chorum dicere Aiacem ipsum defendere antequam hostes advenirent; si enim hostes non adveniunt, nulla, opinor, defensione opus est. Immo *πρὶν* significat: ante tristem obitum.

1321. Ineptissime Scholiasta Agamemnonem adulationis arguit. Quum enim dixerit:

οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους,
ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως;

annotat scholiasta: *Συλλήπτορα θέλων ἔχειν τὸν Ὀδυσσέα, ἄνακτα αὐτὸν καλεῖ.*

PHILOCTETES.

105. Ἰοὺς ἀφύκτους] Ἄφυκτα γὰρ ἦν τὰ Ἡράκλεια βέλη, καὶ τοῦ σκοποῦ μὴ ἀποτυγχάνοντα, ἢ ἐπανερχόμενα εἰς ἑαυτόν. Pro ἑαυτόν ex G. scribendum videtur *αὐτὸν* (scil. τὸν Ἡρακλέα). Sensus enim hic esse videtur: Herculis sagittas, si scopum non ferirent, ad ipsum revolare.

125. Καὶ τὸν σκοπὸν] Τὸν σκοπὸν τοῦτον πρὸς τὴν ναῦν ἀποπέμψω· καὶ πάλιν ἐὰν καιρὸς καλῇ ἐνταῦθα, ἐάν μοι δόξητε βραδύνειν.

Intelligi haec non possunt. Meliora praebet Codex G.: καὶ πάλιν ἐὰν καιρὸς καλῇ, καί μοι δόξητε βραδύνειν ἐνταῦθα αὐτὸν ἀποστελῶ.

201. 2. In scholio haec verba leguntur: ὅτι Ἑλλάνικός ποτε ἀναγινώσκων τὰ Ἡροδότου, ἔλεγε κ. τ. ἑ. ad quae satis lepide Dindorfius annotat: „Hellanicus intelligendus grammaticus" veritus scilicet ne quis de historico cogitet.

290. Νευροσπαδὴς] Ὁ ἐπισπώμενος τὴν νευράν.

Quia nervus sagittam, non vero sagitta nervum retrahit, scribendum videtur: ὁ ἐπισπώμενος *τῇ νευρᾷ*, ut apud Suidam (νευροσπαδὴς ἄτρακτος) ὃν ἀφίησί τις τῇ νευρᾷ ἐπισπώμενος αὐτόν.

393. Πακτωλόν] Χρυσᾶ δὲ ψήγματα ἀπὸ τοῦ Τμώλου τοῦ ὄρους διὰ τοῦ Πακτωλοῦ καταφέρεται.

Scribendum χρυσοῦ δὲ ψήγματα, ut apud Herodotum 5. 101. et alibi.

425. Οἱ μὲν γρ. μόνος, παρ' ἱστορίαν φησίν· (cum Ed. Rom. corrigendum φασίν) εἶχε γὰρ καὶ ἄλλους· οἱ δὲ γόνος, τῷ ποιητῇ ἀκολουθοῦντες λέγουσιν.

Recte haec omnia se habent; est enim hoc loco γρ. idem quod γράφοντες, quod in Cod. G. scriptum exstat, ita ut οἱ μὲν — οἱ δὲ articuli vice fungantur, neque cum Gustavo Wolffio in οἳ μὲν — οἳ δὲ mutanda sint. Signo γρ. male pro γράφουσι accepto in errorem incidit vir doctissimus.

446. Ἐπεὶ οὐδέπω] Κατὰ συνίζησιν βαίνεται ἔπειου ἀντὶ τοῦ που. Immo ἀντὶ τοῦ ἔπου.

535. Εὐκάρδιος, καρτερικός. Alterum poetae verbum, alterum eius glossa est. Distinguendum igitur: Εὐκάρδιος: καρτερικός.

545. Dicit ὁ ἔμπορος se ad Lemnum appulisse:

δοξάζων μὲν οὔ,
τύχῃ δέ πως πρὸς ταὐτὸν ὁρμισθεὶς πέδον.

Explicat scholiasta: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπίτηδες ἐλθὼν ἐνταῦθα, ἀλλὰ πλέων ἐπὶ τὴν πατρίδα ὥρμισα, οὐκ οἰόμενος, φησὶ, συντεύξεσθαι, κατὰ τύχην δέ.

Post ὥρμισα plene interpungendum est; a verbis enim οὐκ οἰόμενος alterum scholium incipit.

702. 11. ἀλλὰ διὰ τῶν πτηνῶν ὀϊστῶν, τὴν διὰ τῶν ὀρνέων τροφήν.

Nescio an sit scribendum: τὴν ἀπὸ τῶν ὀρνέων τροφήν. ut ad vs. 707: Ὧν νεμόμεσθα] Ἀφ' ὧν νεμόμεθα, τουτέστι, τρεφόμεθα et ad vs. 710 diserte: Πλὴν εἴ που τοῖς πτηνοῖς βέλεσιν ἐξ ὠκυβόλων τόξων ἀνύσῃ φορβὴν πτηνῶν, τουτέστιν, ὀρνέων· λείπει δὲ ἡ ἀπό· ἀπὸ πτηνῶν.

846. 2. Ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακής: ἀντὶ τοῦ, ὁ ὕπνος ἐν τῇ νόσῳ ταχέως βλέπει·

Scribendum videtur: *ὁ ὕπνος τῶν ἐν τῇ νόσῳ ταχέως βλέπει*, ut porro legitur: *ἀντὶ τοῦ, ὁ νοσῶν ταχέως ἀνίσταται*, et ipse poeta dicit:

ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς
ὕπνος ἄυπνος λεύσσειν.

877. Ad hunc versum scholium exstat: *Ὅταν με ὁ κάματος ἀφῇ*, cui Elmsleius lemma praefixit Ἐπειδὴ] scholium nimirum referens ad poetae verba: *καὶ νῦν ἐπειδὴ τοῦδε τοῦ κακοῦ δοκεῖ λήθη τις εἶναι κἀνάπαυλα δή.* Potius tamen referendum videtur ad verba sequentia: *ἡνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ ποτέ.* Itaque si lemmate praefixo opus est, scribendum puto:

Ἡνίκ' ἂν] *Ὅταν με ὁ κάματος ἀφῇ.*

902. Ad Neoptolemi verba:

ἅπαντα δυσχέρεια, τὴν αὑτοῦ φύσιν
ὅταν λιπών τις δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα.

annotat scholiasta: *Ἐκείνην, φησὶ, λέγω δυσχέρειαν προσεῖναι τῷ ἀνδρί, τῷ ξένον τι τῆς αὐτοῦ διανοίας διαπραττομένῳ.* Pro *αὐτοῦ* scribe *αὑτοῦ.*

953. Editur ab Elmsleio:

Τόξων γυμνός: Τὴν *διὰ τῶν τόξων μοι γινομένην οὐκ ἔχων τροφήν· ἄνευ τροφῆς οὖν, ἀντὶ τοῦ, τῶν τόξων.*

Spectant haec ad poetae verba:

ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν
εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν.

in quibus illa scholii verba, *τόξων γυμνός*, non leguntur, quare, ut nunc editur, pro lemmate poni non possunt. Immo ipsius scholii pars sunt et explicationem continent vocabuli *ψιλός* quo poeta usus est, quum sequentia *τὴν διὰ τῶν τόξων* verba *οὐκ ἔχων τροφήν* interpretantur.

In extrema scholii parte Editor Romanus et Brunck., inserto *ἄνευ*, scribunt: *ἄνευ τροφῆς οὖν, ἀντὶ τοῦ, ἄνευ τῶν τόξων*; recte, me iudice; conferantur huius ipsius fabulae

vss. 933, 1126, 1232, in quibus Philoctetes arcum suum nomine *βίος* vel *τροφή* appellat.

1149. Ad poetae verba: *φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων πελᾶτε*, quae manifesto corrupta sunt, haec annotat scholiasta: *ἀντὶ τοῦ, οὐκέτι φεύξεσθέ με, οὐκέτι μετὰ φυγῆς καὶ φόβου προσπελάζετέ μοι.*

Recte *φεύξεσθε*, quia *φυγᾷ πελᾶτε* futurum est. Quamobrem pro *προσπελάζετε* etiam requiritur futurum: *προσπελάσετε.*

1257. Dicit Philoctetes Neoptolemo:

παῦε, μὴ λέξῃς πέρα·
μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε πάντ' εἰρήσεται.

Scholiasta autem interpretatur: *ὅσα γὰρ ἐὰν εἴπῃς, μάταια λέξεις.* E pronomine relativo *ὅσα*, quo utitur, apparet eum legisse *ἅν*, quum Codex *ἂν* habeat; quod si legit scholiasta, scholium ipsum vitiosum esse statuendum est; tum enim, *ἐὰν* in *ἂν* mutato, scribendum: *ὅσα γὰρ ἂν εἴπῃς, μάταια λέξεις*, in quibus *ὅσα ἂν* respondet *ἂν* quod apud poetam legitur.

1326. *Σύ, ὦ Φιλοκτῆτα, νοσεῖς ἐκ θείας προνοίας, πλησίον ἀπελθὼν τοῦ ὄφεως, τοῦ φυλάττοντος τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς·* Non intelligo quo sensu *ἀπελθὼν* sit accipiendum. Scribendum *ἐπελθὼν* aut simplex *ἐλθών*, quod in proximo scholio, quod de eadem re agit, legitur.

1459. 3. *ἐμοὶ δέ, φησί, πολλὰ βοῶντι καὶ τὸ Ἕρμαιον ὄρος ἀντεφθέγξατο.*

Sententiae nocet *καί*, quod igitur eiiciendum esse censeo.

ELECTRA.

36. Ἄσκευον αὐτόν] Ἢ αὐτὸν τὸν Αἴγισθον ἀπαρασκεύαστον ὄντα, ἢ τὸν Ὀρέστην· οἷον, μὴ μετὰ πολέμου ἐπεμβῆναι. Immo αὐτὸν significat ipsum, solum, ἄσκευον ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ, ita ut prior scholiastae interpretatio absurda sit.

42. 2. Ad verba: οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ γνῶσι, adscriptum est τὸ μὴ Ἀττικῶς πλεονάζει, ab aliquo qui structuram οὐ μὴ γνῶσι non intellexit. Neque is idem est, qui sequens scholium scripsit, in quo illa structura recte usurpata est.

47. 6. Saepe iam monuimus scholia nostra non ab uno eodemque auctore profecta esse, sed ex diversis diversorum grammaticorum annotationibus constare, quas deinde homo, nescio quis, sed stultus et insipidus, nullo discrimine facto in unum coniunxerit. Luculentissimum huius rei exemplum hic reperimus. Alter scholiasta Sophoclem anachronismi arguit, alter eum contra hoc crimen defendit, nunc vero accusatio et defensio ita iunctae sunt, quasi ab eodem sint profectae: ἀνῆκται δὲ τοῖς χρόνοις· ἐπὶ Τριπτολέμου γὰρ φασὶ γενέσθαι Πυθικὸν ἀγῶνα, ἑξακοσίοις ἔτεσι πρότερον. Quod quum fugeret Editorem Romanum πρότερον mutavit in ὕστερον; quo facto ipse pessimum commisit anachronismum.

62. 8. Ad poetae verba: *ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς λόγῳ μάτην θνήσκοντας* scholiasta narrat notam de Pythagora fabulam. Tum addit: *εἰς τοῦτο οὖν ἔοικεν ἀποτείνεσθαι ὁ Σοφοκλῆς· ἔνιοι δὲ οἴονται ἀπιθάνως εἰς Ὀδυσσέα ἀποτείνεσθαι·* Pro *τοῦτο* scribendum *τοῦτον*: Pythagoram scilicet.

75. *Καιρὸς γὰρ ὅσπερ ἀνδράσιν*: *Ἐφ' ἑκάστου πράγματος τὸ καίριον καὶ χρησιμώτατον ὁ καιρός ἐστιν·*

Corrupta haec sunt; scribendum videtur: *τὸ καίριον χρησιμώτατόν ἐστιν*. Pergit: *ὅπου καὶ τὰ σπουδαῖα παρὰ καιρὸν γινόμενα οὐκ ἀποδέχονται, ὡς ἰατρὸν τῷ κάμνοντι περὶ τῆς φύσεως τοῦ νοσήματος διαλεγόμενον, ὡς εἴ τις τοῖς μεθύουσι περὶ σωφροσύνης διαλέγοιτο.*

Lepida haec *ἀκαιρίας* exempla ex aliquo scriptore desumpta esse videntur. Post *διαλεγόμενον* inserendum *ἤ*: *ἢ ὡς εἴ τις κ. τ. ἑ.*

87. 3. *Πληγὰς ἀντήρεις·* Pro integro lemmate accipienda sunt, ad quod sequentia, ut scholium, pertinent.

124. In vitiosa librorum omnium scriptura:

τὸν πάλαι ἐκ δολερᾶς ἀθεωτάτας
ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα

pro qua iam diu *ἀθεώτατα* e coniectura restitutum est, consentit scholiasta: *Ἀθεωτάτας*] *Ἀσεβοῦς*.

130. *Ἥκετ' ἐμῶν καμάτων*: *Οἶδα, φησὶν, ἃ πράττω, καὶ οὐ λανθάνει με, ὅτι ὑπὲρ τὸ δέον ποιῶ· ἢ οἶδα ὅτι μοι εὐνοεῖτε, ἵνα συνάπτῃ τῷ προκειμένῳ, ἥκετ' ἐμῶν καμάτων παραμύθιον. Ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον.*

Immo unice vera est posterior explicatio, licet ipse scholiasta priori faveat. Sensus enim hic est: venistis me consolaturae: scio et intelligo hoc, neque me fugit. In verbis *καὶ οὐ λανθάνει με, ὅτι ὑπὲρ τὸ δέον ποιῶ*, ultimum vocabulum corruptum esse mihi videtur. Requiritur vocabulum quod eiulandi, lugendi significationem habet; quapropter scribendum puto: *ὅτι ὑπὲρ τὸ δέον γοῶ.*

Praeterea notandum, scholium lemmati non respondere. Totum enim scholium agit de verbis οἶδά τε καὶ ξυνίημι τάδ', οὔ τί με φυγγάνει, non de lemmatis verbis ἥκετ' ἐμῶν καμάτων.

135. Ἀλύειν: Ἐν ἄλλῳ δυσφορεῖν σημαίνει· ἐνίοτε δὲ τὸ γεγηθέναι.

Vocabulum ἄλλῳ manifesto corruptum est, neque difficultas tollitur si cum Ed. Rom. et Brunckio legitur ἐν ἄλλοις. Hoc enim ipso loco ἀλύειν significat δυσφορεῖν, tristem et moestum esse. Quare Dindorfio assentior ex Suida veram scripturam ἄλῃ restituendam esse monenti.

138. Παγκοίνου(λίμνας)] Εἰς ἣν ἅπαντας ἐφικέσθαι δεῖ.

Pro ἐφικέσθαι scribendum videtur ἀφικέσθαι, quod Suidas s. v. πάγκοινος habet. ἐφικέσθαι enim significaret homines data opera et quasi libentes ad Orcum pervenire, tamquam in locum exoptatum.

157. Ἢ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τρεῖς τὰς θυγατέρας τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἢ ὡς ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας, διαφόρους φησὶν Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν.

Quomodo in enumerandis Agamemnonis filiabus Sophoclem Homerum secutum esse a scholiasta contendi possit non video. Homerus enim tres tantum filias novit (τρεῖς δέ μοί εἰσι θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ ἐυπήκτῳ, Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίκη καὶ FΙφιάνασσα) neque usquam separatim nominat Iphigeniam, quae apud eum Iphianassa est. Sophocles vero diserte eas distinxit; quum igitur nostro loco, praeter Iphigeniam, quam Aulide mactatam esse Choro notum esse debet, tres Agamemnonis filiae superesse dicantur, Electra, Chrysothemis, Iphianassa, sequitur Sophoclem quatuor Agamemnonis fuisse filias constituisse, itaque in eo numero Homerum non secutum esse.

159. Κρυπτᾷ τ' ἀχέων: Ἡ ἀχέων μετοχή ἐστιν, ἀντὶ τοῦ δυσφορῶν ἐπὶ τῷ κεκρύφθαι· ἢ ὁ ἐν ἥβῃ κρυπτῇ λυπούμενος.

Haec non recte se habent. Dicit enim scholiasta: aut *ἀχέων* participium est, aut — sequi, opinor, debebat: aut substantivum, vel aliud quid a participio diversum. Verum in utraque scholiastae explicatione *ἀχέων* pro participio accipitur (*δυσφορῶν — λυπούμενος*). Quare prius *ἤ* cum G. et Suida omittendum est.

182. 1. 7. *Ἀπερίτροπος: Ἀνεπίστροφος, ἀνεπέλευστος.*

Redeundi notio, quam sensus requirit mihi non videtur inesse vocabulo *ἀνεπέλευστος*. Redire quum sit *ἐπανιέναι*, is qui non redit recte mihi videtur dici *ἀνεπανέλευστος*, quod vocabulum eo commendari videtur, quod Codex, Elmsleio auctore, altero loco *ἀνἀπέλευστος*, altero *ἀνεπάλευστος* habet.

188. *Ἅς φίλος οὔτις ἀνήρ: Ἤτοι ἧς φίλος οὐδεὶς προΐσταται, ἀλλὰ πάντες εἰσὶν ἐν ἀτυχήμασιν εὐλαβούμενοι· ἢ ἐκεῖνο·*

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

Pro *ἢ ἐκεῖνο* cum G. scribendum *ὡς ἐκεῖνο*. Qui enim post haec verba memoratur versus ea, quae in antecedentibus dicta sunt, illustrat.

204. *Ἔκπαγλ' ἄχθη*] *γρ. ἔκπαγλα πάθη.*

Haec varia lectio inter eas referenda est, quae ex interpretatione ortae sunt. Ne propter metrum quidem *ἔκπαγλα πάθη* scribi potest.

207. *Αἳ τὸν ἐμὸν εἷλον βίον: Πάνυ περιπαθῶς· αἵτινες χεῖρες, αἱ ἀνελοῦσαι τὸν Ἀγαμέμνονα, τὸν ἐμὸν βίον ἀνεῖλον, καὶ προέδωκαν τοῖς ἐχθροῖς.*

Multo significantius scriptum esset: *αἵτινες χεῖρες — τὸν ἐμὸν βίον συνανεῖλον.* Dicit enim Electra: quae manus (Clytaemnestrae et Aegisthi) Agamemnonem necantes, meam quoque vitam simul exstinxerunt.

213. 3. Quae inde ab *οἰκείας* in Scholio ad hunc versum leguntur, ab origine non pertinent ad lemma, quod scholio praefixum est: *Φράζου μὴ πόρσω φωνεῖν*, sed pro integro scholio cum suo lemmate accipienda sunt, in hunc modum:

Οἰκείας: *ἤτοι τὰς συγγενικάς, ἢ ἀπὸ σοῦ ἐσομένας, καὶ οὐκ ἀλλαχόθεν*. Postea vero, addito *δέ*, cum antecedentibus male in unum coniuncta sunt.

Porro notandum est duarum vocabuli *οἰκείας* interpretationum posteriorem unice veram esse. Sensus enim est: calamitates, quarum tu ipsa causa es, quas ipsa tibi attulisti.

226. *Τίνι γάρ ποτ' ὦ φιλία*: *Παρὰ τίνος γὰρ ἂν ἀκούσομαι τὰ συμφέροντα, ἢ παρ' ὑμῶν τῶν συνοίκων κ. τ. ἑ.*

Aut *ἂν* cum G. omittendum est, aut scribendum *ἂν ἀκούσαιμι*.

240. 5. *μήτε οὖν αὐτὴ γενοίμην, μήτε εἰ ὁ ξυνοικῶν μοι τοιοῦτος εἴη, ζηλοίην τὰ ἐκείνου.*

Quid verba *μήτε οὖν αὐτὴ γενοίμην* significent, non video. Scribendum videtur: *μήτε οὖν αὐτὴ τοιαύτη γενοίμην*, ut in sequentibus: *μήτε εἰ ὁ ξυνοικῶν μοι τοιοῦτος εἴη*.

338. Legitur ad hunc versum scholium, sine lemmate: *Ὁ νοῦς· τί ὄφελος τῆς δικαιοσύνης, εἴ τις διὰ ταύτην τοῖς δεινοῖς περιπέσῃ;* Manifesto tamen pertinet ad verba sequentia (vs. 339 et 340):

εἰ δ' ἐλευθέραν με δεῖ
ζῆν, τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα.

369. *Ὡς τοῖς λόγοις ἔνεστιν ἀμφοῖν κέρδος*] *Εἰ συγκεράσητε τοὺς τρόπους, εὖ ἂν ἔχοι·*

Male Elmsleius scribit: *συγκεράσητε*, annotans Codicem habere *συγκεράσηται*, quod Editor Romanus et Brunck. mutarunt in *συγκεράσετε*.

Cum Codice G. scribendum: *συγκεράσαιτε*.

384. 4. Scholiastae observatio: *Ἁρμόζει λίαν τὸ πρόσωπον Ἠλέκτρας τῇ Ἀντιγόνῃ* in nostrum locum non quadrat. Electra enim non loquitur, sed soror Chrysothemis. Est igitur scholium referendum ad unum alterumve sequentium versuum, in quibus Electrae indomitus et implacabilis animus eluceat, e. g. ad vs. 387.

411. Ἀκούσασα δέ, ὅτι ἐν τοῖς ὀνείροις δείματά τινα τῇ Κλυταιμνήστρᾳ γέγονε, θαρσεῖ καὶ ἐπικαλεῖται τοὺς θεούς, εἰ καὶ μὴ πρότερον, κἂν νῦν π α ρ ι σ τ ά ν α ι.

Pro παριστάναι cum G. H. scribendum π α ρ ε σ τ ά ν α ι.

419. Ἐφέστιον] Ἐπὶ τὴν οἰκίαν γενόμενον, τουτέστιν, ἐπ' οἶκον. Corrupta haec videntur. Non enim opus erat nos doceri ἐπὶ τὴν οἰκίαν valere ἐπ' οἶκον. Praeterea his nihil inest quo vocabulum ἐφέστιον explicetur. Quare scholium sic corrigendum puto, ut pro ο ἰ κ ί α ν scribatur ἑ σ τ ί α ν.

Ἐφέστιον] Ἐπὶ τὴν ἑστίαν γενόμενον, τουτέστιν, ἐπ' οἶκον. Quamquam ne sic quidem haec vocabuli ἐφέστιον interpretatio probari potest. Non est enim haec vox iungenda cum τόνδε, id quod Scholiasta fecit, sed verba ita struenda: τόνδε λαβόντα σκῆπτρον πῆξαι ἐφέστιον i. e. ἐπὶ τῆς ἑστίας. Sunt autem poetae verba, de quibus praecedentia agunt, haec: εἶτα τόνδ' ἐφέστιον πῆξαι λαβόντα σκῆπτρον.

Sequitur: ἐκ δὲ τοῦδ' ἄνω βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν. Ad quae scholiasta: Ἐσήμανεν αὐξηθησόμενον Ὀρέστην τὸν θαλλόν. Pro ultimis vocabulis τὸν θαλλόν, quae Codex G. omittit, scripserim διὰ τὸν θαλλόν, vel ὁ θαλλός.

508 seqq. Dicit Chorus:

> εὖτε γὰρ ὁ ποντισθεὶς
> Μυρτίλος ἐκοιμάθη —
> οὔτι πω
> ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου
> πολύπονος αἰκία.

Quae scholiasta ita interpretatur: ἀφ' οὗ ὁ Μυρτίλος ἀπέθανεν, οὐ διέλιπεν αἰκία τοὺς πολυκτήμονας δόμους. Ille igitur, quod iam alii recte observarunt, verbis ἐκ τοῦδε temporis significationem attribuit et porro pro οἴκου legit οἴκους cui adiectivum additum repperit, quod per πολυκτήμονας interpretetur. Quapropter videtur legisse:

ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκους
πολυπάμονας αἰκία.

552. Dicit Electra matri:

ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν γέ μ' ὡς ἄρξασά τι
λυπηρόν, εἶτα σοῦ τάδ' ἐξήκουσ' ὕπο.

quibus respicit ea quae Clytaemnestra dixerat vs. 523.

ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, κακῶς δέ σε
λέγω κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά.

Iam audi scholiastam:

Ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν: *Οὐκ ἂν εἴποις ὡς* (hoc enim cum Ed. Rom. vel *ὅτι*, cum Cod. H. inserendum) *λυπήσασά με τοιαῦτα ἀντακήκοας· ἐμοῦ γὰρ εἰπούσης οὐδέν, σὺ προκατήρξω τῆς εἰς ἐμὲ λοιδορίας.*

Apparet scholium ita corrigendum esse: *οὐκ ἂν εἴποις ὡς λυπήσασά σε τοιαῦτα ἀντακήκοα*, quibus tum recte sequentia accedunt.

563. Scholiastam ad verba *τίνος ποινὰς τὰ πολλὰ πνεύματ' ἔσχ' ἐν Αὐλίδι* annotantem *λείπει ἡ διὰ* apparet vitiosam plerorumque librorum scripturam *τίνος ποινᾶς* sive *ποινῆς* ante oculos habuisse.

610. Chori verba:

ὁρῶ μένος πνέουσαν· εἰ δὲ σὺν δίκῃ
ξύνεστι, τοῦδε φροντίδ' οὐκέτ' εἰσορῶ.

ita interpretatur scholiasta: *Ὁρῶ μένος πνέουσαν τὴν παῖδα· εἰ δὲ σὺν δίκῃ αὐτῇ τοῦτο τὸ μένος σύνεστιν, τούτου τοῦ μένους φροντίδα οὐκέτι ὁρῶ γιγνομένην ὑπό τινος.* cui interpretationi, ceteroquin rectae, nocent verba *τούτου τοῦ μένους*, quorum ultima duo fortasse e superioribus male repetita sunt. Referendum enim est vocabulum *τούτου* ad totam antecedentem sententiam, ita ut verba *τοῦ μένους* eiicienda sint.

630. *Οὔκουν ἐάσεις*: *Οὐκ ἐμμενεῖς οἷς πρότερον εἶπας·* (ita enim cum Brunckio scribendum pro *εἶπα*) *ἔφη γάρ· Καὶ μὴν ἐφίημι.*

Πιθανῶς δέ· οὐ γὰρ χρὴ ἐν ταῖς ἀντιλογίαις θυμοῦσθαι τὸν ἡττώμενον (Cod. G. *ἡττημένον*). Manifestum est scholiastam hac interpretatione Electrae non Clytaemnestrae verba spectare; scholium igitur non ad lemma praefixum referendum est, sed ad verba Electrae proxime antecedentia, quorum recte continet interpretationem. Dicit enim Electra vs. 628:

ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει, μεθεῖσά μοι
λέγειν ἃ χρῄζοιμ', οὐδ' ἐπίστασαι κλύειν.

quibus respicit matris verba: (vs. 556) *Καὶ μὴν ἐφίημι*, quae scholiasta quoque affert. Quodsi vera est haec observatio futurum *ἐμμενεῖς* mutandum erit in praesens *ἐμμένεις*. Nimirum postquam falsum lemma scholio praefixum est *ἐμμένεις* mutatum est in *ἐμμενεῖς*, ut cum lemmatis futuro *ἐάσεις* congrueret.

642. *Σπείρῃ ματαίαν*: *Τὸ ματαίαν οὐκ ἔστι ψευδῆ, ἀλλ' ἀνωφελῆ· τί γὰρ πράξοι, τοὺς κρατοῦντας διαβάλλουσα;* Et rursus eodem sensu: *κενήν, διὰ τὸ μηδὲν αὐτὴν δύνασθαι πρᾶξαι.*

Quae falso explicata esse perspicuum est. Si enim rumoribus, quos per urbem Electra effunderet, Clytaemnestrae Aegisthoque nihil noceri poterat, non erat quod Clytaemnestra vereretur coram Electra Apollinem precibus adire.

Immo hic, ut saepe alibi, *μάταιος* significat idem quod *ψευδής*, qua significatione etiam adverbium *μάτην* usurpari notum est: *λέγοντες, εἴτ' ἀληθὲς εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην.* (Phil. 345).

650. *Ἀλλ' ὧδέ μ' αἰεὶ ζῶσαν*: *Τὸ ὅλον ὑπὲρ τοῦ Αἰγίσθου εὔχεται· διὰ δὲ τοῦ πληθυντικοῦ, τοῦ φίλους,* (recte Brunck. *φίλοισι*) *τὸ τολμηρὸν τοῦ λόγου ἐπεκάλυψεν.*

Spectat igitur scholium ad vs. 652. *φίλοισί τε ξυνοῦσαν οἷς ξύνειμι νῦν*, neque cum lemmate convenit.

686. Poetae verba:

δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα
νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

ut recentiores viri docti ita scholiastae variis modis explicant; legitur autem in scholiis:

Δρόμου δ' ἰσώσας: Οἷον, οὐκ ἐλλείπων κατὰ τὰ τέρματα, ἀλλ' ἴσος φανεὶς τοῖς τέρμασι, κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν τῆς νίκης ἔτυχεν·

Qui ita interpretatur, verba *τῇ φύσει* cum sequentibus iungit. Ab hac interpretatione diversa sunt quae porro leguntur: *ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἴσως τεθαυμασμένος ἐν τῷ ἀγωνίσματι, ὡς ἐπὶ τῇ μορφῇ·*

Secundum haec dativus *τῇ φύσει* pendet a verbo *ἰσώσας*, ut sensus sit: quum cursum convenienter egregiae staturae suae peregisset; est autem haec explicatio verissima.

Unum tantum in his offendit. Vocabulum *ἀλλὰ* a quo secundum incipit scholium, quo sit referendum me latet. Si mutatur in *ἄλλως* omnia erunt sana: *Οἷον — ἔτυχεν· Ἄλλως· ὁμοίως — μορφῇ.*

706. *Λεύκιππος Αἰνειᾶν: Ἐμοὶ δοκεῖ ὄνομα εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἄτοπον ἐπίθετον εἶναι· ὄνομα γὰρ κύριον οὐ προτέθεικεν, πρὸς τὸ τοῦ πράγματος ἀνεξέλεγκτον·*

Scribendum videtur: *ὄνομα γὰρ κύριον οὐ προστέθεικεν*: nomen proprium non addidit (nomini gentis).

738. Scholiasta annotans *ὁ Ὀρέστης καὶ ὁ Ἀθηναῖος* confirmat Codicis scripturam *κἀξισώσαντε*, pro qua multi libri *κἀξισώσαντες* afferunt.

757. *Καὶ ἵνα ἀξιόπιστος εἴη ὁ ἄγγελος, ἵνα πάλιν τὸ περιπαθὲς εἴη τῇ Ἠλέκτρᾳ.*

Post *ἄγγελος* inserendum est *καί*: *καὶ ἵνα — ὁ ἄγγελος, καὶ ἵνα — τῇ Ἠλέκτρᾳ.*

785. Errore ad hunc versum Scholium adscriptum est, quod ad versum 818 pertinet. Unde error fluxerit non obscurum est. Uterque enim versus a vocabulo *ξύνοικος* incipit.

832. 11. Postrema Scholii verba cum antecedentibus male coniuncta

esse videntur; manifesto ad vs. 829 pertinent. Ibi enim Electra exclamat φεῦ, quod qui exclamat aliquid indignum et non ferendum esse pronuntiat.

Huc igitur spectant Scholii verba: *δεῖ δὲ τὸν ὑποκριτὴν ἅμα τῇ βοῇ ἀναβλέψαι τε εἰς οὐρανόν, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατεῖναι· ὃ δὴ κωλύει ὁ χορὸς* (*λέγων*, ex G. inserendum)

μηδὲν μέγ' ἀΰσῃς.

836. 13. *Ὁ χορὸς φησὶν, ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ ἐστί τις εὐτυχία· τιμὴν δὲ αὐτῷ φησὶν ἔσεσθαι, διὰ τὸ μαντεύεσθαι αὐτόν.*

Unde futurum illud *ἔσεσθαι*? Scribendum est: *τιμὴν δὲ αὐτῷ φησὶ νέμεσθαι.*

854. 5. *Ἢ κοινοτόκων, τῶν ἀδελφικῶν, τῶν τοῦ αὐτοῦ πατρὸς κεκοινηκότων.* Cum G. scribendum *κεκοινωνηκότων.* Significat enim prius vocabulum, communicare; alterum, participem esse, quae significatio hic requiritur. cf. Schol. Antig. 538 *ὁμολογεῖ πεπραχέναι καὶ κεκοινωνηκέναι*, confitetur se participem fuisse. Schol. Oed. Reg. *τὸ ἀφόβως κοινωνεῖν τῆς τυραννίδος*: sine metu regni participem esse.

888. 4. *Βλέψασα θάλπῃ: Θερμαίνεις τῇ χαρᾷ.*

In scholio quoque, ut apud poetam, requiritur forma medii. Scribendum igitur: *θερμαίνει τῇ χαρᾷ.*

922. *Φέρῃ] γρ. ἔφυς.*

929. *Δυσχερής] γρ. δυσμενής.*

Variae lectiones pro glossis habendae sunt, a grammatico interpretationis causa adscriptae.

993. *Ἐσώζετ' ἄν, φησὶ, τὴν εὐλάβειαν. Οὐ σώζει, φησὶ, τὴν εὐλάβειαν, ἀλλ' ἔστι θρασεῖα καὶ ῥιψοκίνδυνος.*

Prius *φησὶ* cum Editore Romano omittendum est. Tum verbis prioribus pro lemmate acceptis, scholium ita scribendum est:

Ἐσώζετ' ἂν τὴν εὐλάβειαν] Οὐ σώζει, φησὶ, τὴν εὐλάβειαν, ἀλλ' ἔστι θρασεῖα καὶ ῥιψοκίνδυνος.

1074. Πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει: Κινδυνεύει· ἐκ μεταφορᾶς τῶν νηῶν· μόνη δέ, αὕτη ἐφ' ἑαυτῆς χωρὶς ἀγκύρας.

Scribendum αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς. G. habet αὐτῇ.

1236. Ἀλλὰ σῖγ' ἔχουσα πρόσμενε] Ἀντὶ τοῦ, σῖγα ἕως ἂν κατὰ νοῦν ἀποβῇ τὸ πᾶν.

In scholio corrige accentum: σίγα.

1246. Libri omnes praebent: ἀνέφελον ἐπέβαλες οὔποτε καταλύσιμον· Scholiasta autem ad vs. 1245 habet: Φησὶν ὅτι ἐνέβαλές μοι κακὸν ἀνέφελον, sive memoriae lapsu, sive quod ita in exemplari suo scriptum repperit.

1248. Οὔποτε καταλύσιμον] Οὐ καταλυόμενον· ὁ δὲ νοῦς· λήθης τυχεῖν μὴ δυνάμενον.

Haec in unum coniungi non debebant. Priora enim ad verba οὔποτε καταλύσιμον spectant, quum posteriora verborum οὐδέποτε λησόμενον explicationem continent.

1276. Electrae verba:

μή μ' ἀποστερήσῃς
τῶν σῶν προσώπων ἡδονὰν μεθέσθαι

ita interpretanda sunt, ut accusativus ἡδονὰν a verbo ἀποστερήσῃς pendeat, quibus infinitivus, explicativus qui vocatur, accedat, ita ut sensus verborum hic sit: noli me privare voluptate adspectus tui, ut eam voluptatem a me dimittam.

Inepte haec ita interpretatur scholiasta:

Μὴ ἀποστερήσῃς με, φησί, τοῦ μεθέσθαι τῶν προσώπων καὶ ἀπαλλαγῆναι μετὰ ἡδονῆς, ὅπερ μοι παρέσται ἐπιπλέον μετεχούσῃ σου, καὶ ἀπολαυούσῃ· οὕτω γὰρ ἀπαλλαγήσομαι μετὰ ἡδονῆς· ἐὰν δὲ ἤδη ἀποστερήσῃς σαυτοῦ, μετὰ λύπης ἀπαλλαγήσομαι.

Iure autem ex hac interpretatione colligi posse videtur scholiastam in libro suo pro ἡδονάν legisse ἡδονᾷ.

1288. Ἀφαιρεῖται γάρ, φησίν, τὴν εὐκαιρίαν τῶν μελλόντων πραχθῆναι τῶν λόγων ἡ ἀδολεσχία.

Sua sponte apparet haec non pertinere ad ea quae Orestes dicit vs. 1288, *τὰ μὲν περισσεύοντα τῶν λόγων ἄφες*, sed continere interpretationem eorum quae monet vs. 1292, *χρόνου γὰρ ἄν σοι καιρὸν ἐξείργοι λόγος*.

Praeterea e verbis *τὴν εὐκαιρίαν τῶν μελλόντων πραχθῆναι* iure Reiskius collegit scholiastam pro *χρόνου* legisse *ἔργου*, quod ipsum nostro loco legendum proponit:

ἔργου γὰρ ἄν σοι καιρὸν ἐξείργοι λόγος.

1389. In libris legitur:

ὥστ' οὐ μακρὰν ἔτ' ἀ μ μ έ ν ε ι
τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον αἰωρούμενον.

et eodem modo in scholii lemmate scriptum est: *ὥστ' οὐ μακρὰν ἔτ' ἀμμένει*. Ex ipsis autem scholii verbis, *ἃ κατ' ἐμαυτὴν ὠνειροπόλουν, οὐκ εἰς μακρὰν ἔ σ τ α ι μετέωρα, ἀλλ' εὐθέως τ ε λ ε σ θ ή σ ε τ α ι*, iure restitutum est futurum *ἀμμενεῖ*, quod sensus postulat.

1404. *Αἶ αἶ, ἰὼ στέγαι: Ἔθος ἔχουσι τὰ γεγονότα ἔνδον ἀπαγγέλλειν τοῖς ἔξω οἱ ἄγγελοι· νῦν δέ, διὰ τὸ μὴ διατρίβειν ἐν τῷ δράματι, οὐκ ἐποίησεν. Τοῦτο γὰρ προκείμενον τὸ κατὰ τὴν Ἠλέκτραν ἐστὶ πάθος· νῦν τοίνυν βοώσης ἐν τῇ ἀναιρέσει τῆς Κλυταιμνήστρας, ἀκούει ὁ θεατής, καὶ ἐνεργέστερον τὸ πρᾶγμα γίνεται, ἢ δι' ἀγγέλου σημαινόμενον· καὶ τὸ μὲν φορτικὸν τῆς ὄψεως ἀπέστη, τὸ δὲ ἐναργὲς οὐδὲν ἧσσον καὶ διὰ τῆς βοῆς ἐπραγματεύσατο.*

Bona observatio, licet verba non ex omni parte sana videantur. In prioribus pro *ο ἱ ἄ γ γ ε λ ο ι* scribendum, credo, est *δ ι' ἀ γ γ έ λ ο υ*. Ut enim nunc scholium legitur, duo membra *ἔθος ἔχουσι — οἱ ἄγγελοι* et *νῦν δέ — οὐκ ἐποίησεν* non recte sibi opponuntur, neque omnino verba, *ἔθος ἔχουσι — οἱ ἄγγελοι* bonum sensum praebere mihi videntur; contra, si legitur *δι' ἀγγέλου*, omnia sana sunt et recte procedit sententia; tum enim verba, *ἔθος ἔχουσι τὰ γεγονότα ἔνδον ἀπαγ-*

γέλλειν τοῖς ἔξω δι' ἀ γ γ έ λ ο υ· νῦν δέ, διὰ τὸ μὴ διατρίβειν ἐν τῷ δράματι, οὐκ ἐποίησεν, hunc praebent sensum: Solent (nempe, poetae scenici) ita rem comparare, ut ea quae intus fiunt iis qui foris sunt per nuntium nuntientur; nunc idem non fecit (Sophocles noster) ne molestus fieret spectatoribus, fabulam magis quam par esset, in longum trahendo. Id ipsum δι' ἀγγέλου in fine scholii recurrit: ἐνεργέστερον τὸ πρᾶγμα γίνεται, ἢ δι' ἀγγέλου σημαινόμενον.

Praeterea verba sequentia: Τοῦτο γὰρ προκείμενον τὸ κατὰ τὴν Ἠλέκτραν ἐστὶ πάθος corrupta mihi videntur; ex parte iam Editor Romanus locum sanavit pronomen τοῦτο cum antecedentibus iungendo: οὐκ ἐποίησε τ ο ῦ τ ο. Προκείμενον γὰρ κ. τ. ἑ. Restat ut nomen Ἠλέκτραν in Κλυταιμνήστραν mutetur: tum omnia recte se habebunt.

1406. Βοᾷ τις ἔνδον: Οἰκεῖον τὸ διανόημα γυναικῶν· τὸ δὲ ἀ ν ή κ ο υ σ τ α, οὐχ ὡς καταγινώσκουσαι τοῦ Ὀρέστου φασὶν ἀλλὰ πᾶν τὸ πρᾶγμα ἐκτρεπόμεναι.

Verum haec spectant ad sequentem vs. 1407, ubi Chorus dicit:

ἤκουσ' ἀ ν ή κ ο υ σ τ α δύστανος, ὥστε φρῖξαι.

Ut hoc loco in Codice, ita vs. 1493 ab Elmsleio falsum lemma scholio praefixum est. Legitur enim ad vs.

1493. Τόδε] Τὸ ἄταφον αὐτὸν αἰκισθῆναι.

Manifesto scholium pertinet ad vs. 1489, ubi Electra dicit: ὡς ἐμοὶ τ ό δ' (scil. τὸ ἄταφον αὐτὸν αἰκισθῆναι. hac de re enim hoc loco agitur) ἂν κακῶν μόνον γένοιτο τῶν πάλαι λυτήριον.

Contra, quod Aegisthus dicit vs. 1493:

πῶς, τ ό δ' εἰ καλὸν
τοὔργον, σκότου δεῖ, κοὐ πρόχειρος εἶ κτανεῖν;

significat: Quid, si nex quam mihi paras, honesta est, tenebris opus est? Quidni palam me obtruncas?

THESES.

THESES.

THESES.

I.

Homerus. Odyssea (edidit Bekker).

γ. 40. υ. 260.

δῶκε δ' ἄρα
παρ' δ' ἐτίθη } σπλάγχνων μοίρας, ἐν δ' οἶνον ἔχευεν.

Scribe: Fοῖνον δ' ἐνέχευεν.

μ. 222.

ὣς ἐφάμην, οἳ δ' ὦκα ἐμοῖς Fεπέεσσι πίθοντο.

Tolle hiatum scribendo: οἳ δ' ὦκ' ἄρ' ἐμοῖς.

ξ. 332 = τ. 289.

νῆα κατειρύσθαι καὶ ἐπαρτέας ἔμμεν ἑταίρους.

Scribi potest: νῆα καθειλκύσθαι.

ο. 375.

οὔτ' ἔπος οὔτε τι Fέργον, ἐπεὶ κακὸν ἔμπεσε Fοίκῳ.

Scribe: *οὐ Fέπος οὐδέ τι Fέργον.*

ο. 460.

χρύσεον ὅρμον ἔχων, μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔFερτο.

Corrige: *μετὰ δ' ἠλέκτροισι FέFερτο.*

π. 290 = τ. 9.

ἀλλὰ κατήκισται, ὅσσον πυρὸς ἵκετ' ἀυτμή.

Revocandum est digamma scribendo: *ἀλλὰ κατηFείκισται, ὅσον.*

ρ. 70.

ἔνθα καθέζετ' ἰών· τοὶ δ' ἐξερέεινον ἕκαστα.

Scribe: *τοὶ δ' ἐξερέοντο Fέκαστα.*

υ. 328.

ὄφρα μὲν ὕμιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐFώλπειν.

Corrigendum: *ἐνὶ στήθεσσι FεFόλπειν.*

ω. 161.

ἀλλ' ἔπεσίν τε κακοῖσιν ἐνίσσομεν ἠδὲ βολῇσιν.

Legi potest: *ἀλλὰ κακοῖς τε Fέπεσσιν.*

II.

Herodotus (edidit H. Stein).

Lib. IV. C. 75. i.

καὶ ἔπειτα ἐπιβάλλουσι τὸ σπέρμα ἐπὶ τοὺς διαφανέας λίθους [τῷ πυρί.]

Quae uncis inclusi male repetita sunt ex ultimis verbis C. 73. f. *λίθους ἐκ πυρὸς διαφανέας ἐσβάλλουσι ἐς σκάφην.*

Lib. V. C. 22. m.

καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω ὡς εἰσὶ Ἕλληνες, πρὸς δὲ καὶ οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα [Ἑλληνοδίκαι] οὕτω ἔγνωσαν εἶναι.

Vocabulum Ἑλληνοδίκαι male abundat.

Lib. VIII. C. 53 i.

ἔμπροσθε ὦν [πρὸ] τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου — ταύτῃ ἀνέβησάν τινες.

Expungendum *πρὸ* cum uno codice.

III.

Herodotus V. 91. m.

δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν, ὃς ἐπείτε δι' ἡμέας ἐλευθερωθεὶς ἀνέκυψε, ἡμέας μὲν καὶ τὸν βασιλέα ἡμέων περιυβρίσας ἐξέβαλε, δόξαν δὲ φύσας αὐξάνεται, ὥστε ἐκμεμαθήκασι μάλιστα μὲν οἱ περίοικοι αὐτῶν Βοιωτοὶ καὶ Χαλκιδέες, τάχα δέ τις καὶ ἄλλος ἐκμαθήσεται ἁμαρτών.

Pro *ὥστε* scribendum *ὡς*.

IV.

Idem. VI. 52. m.

τὴν μὲν δὴ Πυθίην ταῦτά σφι ἀνελεῖν, τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι ἀπορέουσι οὐδὲν ἧσσον ὅκως ἐξεύρωσι αὐτῶν τὸν πρεσβύτερον, ὑποθέσθαι ἄνδρα Μεσσήνιον τῷ οὔνομα εἶναι Πανίτην· ὑποθέσθαι δὲ τοῦτον τὸν Πανίτην τάδε τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, φυλάξαι τὴν γειναμένην ὁκότερον τῶν παίδων πρότερον λούει καὶ σιτίζει· καὶ ἢν μὲν κατὰ ταὐτὰ φαίνηται αἰεὶ ποιεῦσα, τοὺς δὲ πᾶν ἕξειν ὅσον τι καὶ δίζηνται καὶ θέλουσι ἐξευρεῖν, ἢν δὲ πλανᾶται καὶ ἐκείνη ἐναλλὰξ ποιεῦσα, δῆλά σφι ἔσεσθαι ὡς οὐδὲ ἐκείνη πλέον οὐδὲν οἶδε, ἐπ' ἄλλην τε τραπέσθαι σφέας ὁδόν. ἐνθαῦτα δὴ τοὺς Σπαρτιήτας κατὰ τὰς τοῦ

Μεσσηνίου ὑποθήκας φυλάξαντας τὴν μητέρα τῶν Ἀριστοδήμου παίδων λαβεῖν κατὰ ταὐτὰ τιμῶσαν τὸν π ρ ό τ ε ρ ο ν καὶ σίτοισι καὶ λουτροῖσι, οὐκ εἰδυῖαν τῶν εἵνεκεν ἐφυλάσσετο. λαβόντας δὲ τὸ παιδίον τὸ τιμώμενον πρὸς τῆς γειναμένης ὡς ἐὸν πρότερον τρέφειν ἐν τῷ δημοσίῳ·

Scribe: κατὰ ταὐτὰ τιμῶσαν τ ὸ ν ἕ τ ε ρ ο ν.

V.

Idem IX. 57. i.

Ἀμομφάρετος δὲ ἀρχήν γε οὐδαμὰ δοκέων Παυσανίην τολμήσειν σφέας ἀπολιπεῖν, περιείχετο αὐτοῦ μένοντας μὴ ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν· προτερεόντων δὲ τῶν σὺν Παυσανίῃ, καταδόξας αὐτοὺς ἰθέῃ τέχνῃ ἀπολιπεῖν αὐτόν, ἀναλαβόντα τὸν λόχον τὰ ὅπλα ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο στῖφος· τὸ δὲ ἀπελθὸν ὅσον τε δ έ κ α στάδια ἀνέμενε τὸν Ἀμομφαρέτου λόχον.

Pro δ έ κ α scribendum opinor δ' i. e. τ έ σ σ α ρ α, collatis iis quae narrata sunt. C. 51. i. βουλευομένοισι δὲ τοῖσι στρατηγοῖσι ἔδοξε — ἐς τὴν νῆσον ἰέναι· ἡ δέ ἐστὶ ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ καὶ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης, ἐπ' ᾗ ἐστρατοπεδεύοντο τότε, δ έ κ α σ τ α δ ί ο υ ς ἀ π έ χ ο υ σ α.

VI.

Thucydides (edidit H. van Herwerden.)

Lib. I. C. 18. 2.

καὶ μεγάλου κινδύνου ἐπικρεμασθέντος οἵ τε Λακεδαιμόνιοι τῶν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο δυνάμει προύχοντες, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιόντων τῶν Μήδων διανοηθέντες ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν [κ α ὶ] ἀνασκευασάμενοι ἐς τὰς ναῦς [ἐ σ β ά ν τ ε ς] ναυτικοὶ ἐγένοντο.

Ibid. C. 42. 2.

τὸ μέλλον τοῦ πολέμου ᾧ φοβοῦντες ὑμᾶς Κορκυραῖοι κελεύουσιν ἀδικεῖν ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται, καὶ οὐκ ἄξιον ἐπαρ-

θέντας αὐτῷ φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν πρὸς Κορινθίους κτήσασθαι, τῆς δ' ὑπαρχούσης πρότερον διὰ Μεγαρέας ὑποψίας [σῶφρον] ὑφελεῖν μᾶλλον.

Ibid. C. 62. 6.

καὶ αὐτὸ μὲν τὸ τοῦ Ἀριστέως κέρας — ἔτρεψαν τὸ καθ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπεξῆλθον διώκοντες ἐπὶ πολύ. τὸ δ' ἄλλο στρατόπεδον [τῶν τε Ποτειδαιατῶν καὶ τῶν Πελοποννησίων] ἡσσᾶτο ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγεν.

Ibid. C. 77. 4. 5.

ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται ἢ βιαζόμενοι· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἴσου δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι, τὸ δ' ἀπὸ τοῦ κρείσσονος καταναγκάζεσθαι. ὑπὸ γοῦν τοῦ Μήδου δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο, ἡ δ' ἡμετέρα ἀρχὴ χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι, [εἰκότως· τὸ παρὸν γὰρ ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις.]

Ibid. C. 80. 3.

πρὸς μὲν γὰρ [τοὺς Πελοποννησίους καὶ] τοὺς ἀστυγείτονας παρόμοιος ἡμῶν ἡ ἀλκή.

Ibid. C. 90. 3.

ἑαυτὸν δ' ἐκέλευεν ἀποστέλλειν ὡς τάχιστα ὁ Θεμιστοκλῆς ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἄλλους δὲ πρὸς ἑαυτῷ ἑλομένους πρέσβεις μὴ εὐθὺς ἐκπέμπειν, ἀλλ' ἐπισχεῖν μέχρι τοσούτου ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν ἄρωσιν ὥστε ἀπομάχεσθαι [ἐκ τοῦ ἀναγκαιοτάτου ὕψους·]

Ibid. 93. 3.

ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν (ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς [ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε]).

Ibid. C. 107. 1.

Ἤρξαντο δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη [ἐς θάλασσαν] Ἀθηναῖοι οἰκοδομεῖν, τό τε Φαληρόνδε καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ.

Ibid. C. 126. 12.

ἤλασαν μὲν οὖν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐναγεῖς τούτους, ἤλασε δὲ καὶ Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος ὕστερον μετ' Ἀθηναίων στασιαζόντων, τούς τε ζῶντας ἐλαύνοντες καὶ τῶν τεθνεώτων τὰ ὀστᾶ ἀνελόντες [ἐξέβαλον].

VII.

Idem. Liber II. C. 6. 2.

τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἠγγέλθη εὐθὺς τὰ περὶ τῶν Πλαταιῶν γεγενημένα, καὶ Βοιωτῶν τε παραχρῆμα ξυνέλαβον ὅσοι ἦσαν ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ ἐς τὴν Πλάταιαν ἔπεμψαν κήρυκα, κελεύοντες [εἰπεῖν] μηδὲν νεώτερον ποιεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν οὓς ἔχουσι Θηβαίων, πρὶν ἄν τι καὶ αὐτοὶ βουλεύσωσι περὶ αὐτῶν.

Ibid. C. 15. 2.

ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε — ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν — ξυνῴκισε πάντας — ἣ ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν μεγάλη γενομένη παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα· καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν [τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ] ποιοῦσι.

Ibid. C. 25. 3.

οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἄραντες παρέπλεον, καὶ σχόντες τῆς Ἠλείας ἐς Φειὰν ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας καὶ προσβοηθήσαντας τῶν ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος τριακοσίους λογάδας καὶ τῶν αὐτόθεν ἐκ τῆς περιοικίδος [Ἠλείων] μάχῃ ἐκράτησαν.

Ibid. C. 31. 1.

Ἀθηναῖοι πανδημεὶ — ἐσέβαλον ἐς τὴν Μεγαρίδα — καὶ οἱ περὶ Πελοπόννησον Ἀθηναῖοι [ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν] — ἔπλευσαν παρ' αὐτούς.

Cf. C. 30. 1. *Οἱ δ' ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν Ἀθηναῖοι ἔτι ὄντες περὶ Πελοπόννησον.*

Ibid. C. 37. 1.

Χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα [δὲ?] μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες τινὶ [ἢ μιμούμενοι ἑτέρους.]

Ibid. C. 48. 3.

ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο λέξω καὶ ἀφ' ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴ ποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ' ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω αὐτός τε νοσήσας καὶ [αὐτὸς] ἰδὼν ἄλλους πάσχοντας.

Ibid. C. 81. 5.

γνόντες δ' αὐτοὺς οἱ Στράτιοι ἔτι προσιόντας — προλοχίζουσι τὰ περὶ τὴν πόλιν [ἐνέδραις,] καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν ἔκ τε τῆς πόλεως ὁμόσε χωρήσαντες καὶ ἐκ τῶν ἐνεδρῶν προσπίπτουσι.

Ibid. C. 100. 3.

ὁ δὲ στρατὸς τῶν Θρᾳκῶν — εἷλεν Εἰδομενὴν μὲν κατὰ κράτος, Γορτυνίαν δὲ καὶ Ἀταλάντην καὶ ἄλλ' ἄττα χωρία ὁμολογίᾳ διὰ τὴν Ἀμύντου Φιλίαν προσχωροῦντα, [τοῦ Φιλίππου υἱέος, παρόντος.]

Cf. C. 95. 3.

VIII.

Idem. Liber III. C. 12. 1.

Τίς οὖν αὕτη ἡ Φιλία ἐγίγνετο ἢ ἐλευθερία, ἐν ᾗ παρὰ γνώμην ἀλλήλους ὑπηρχόμεθα, καὶ οἱ μὲν ἡμᾶς ἐν τῷ πολέμῳ δεδιότες ἐθεράπευον, ἡμεῖς δ' ἐκείνους ἐν τῇ ἡσυχίᾳ [ταὐτὸν ἐποιοῦμεν·]

Ibid. C. 18. 4.

οἱ δ' αὐτερέται πλεύσαντες [τῶν νεῶν] ἀφικνοῦνται.

Post pauca (5):

καὶ ἡ μὲν Μυτιλήνη κατὰ κράτος ἤδη ἀμφοτέρωθεν [καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης] εἴργετο.

Ibid. C. 40. 3.

οἵ τε τέρποντες λόγῳ [ῥήτορες] ἕξουσι καὶ ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα.

Quae in antecedentibus uncis inclusi spuria sunt.

Restat unus locus in quo etiam alienam manum mihi deprehendisse videor. Legitur Lib. II. C. 77. 4.

καὶ ἐγένετο φλὸξ τοσαύτη ὅσην οὐδείς πω ἔς γ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον χειροποίητον εἶδεν· [ἤδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὑτὴν ἀπὸ ταὐτομάτου πῦρ καὶ φλόγα ἄπαυστον ἀνῆκε. τοῦτο δὲ μέγα τε ἦν] καὶ τοὺς Πλαταιᾶς τἆλλα διαφυγόντας ἐλαχίστου ἐδέησε διαφθεῖραι·

Verba quae induxi redolent doctam interpretationem vocabuli *χειροποίητον.*

IX.

Demosthenes, adversus Androtionem p. 614. m.

εἰ γὰρ ἀνδραπόδων πόλις, ἀλλὰ μὴ τῶν ἄρχειν ἑτέρων ἀξιούντων ὁμολογεῖτε εἶναι, οὐκ ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰς ὕβρεις ἠνέσχεσθε τὰς τούτου.

Pro *ὁμολογεῖτε* scribe *ὁμολογεῖσθε.*

X.

Euripides. Supplices 329 seqq.

> Κάδμου θ' ὁρῶσα λαὸν εὖ πεπραγότα,
> ἔτ' αὐτὸν ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν
> πέποιθ'· ὁ γὰρ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν.

Pro *ἔτ' αὐτὸν* scribendum *ἔτ' αὖθις.*

XI.

Catullus XII. 4. 5.

> Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:
> Quamvis sordida res et invenustast.

Cum Pluygersio scribendum:

Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte,
Quam sit sordida res et invenusta.

XII.

Caesar B. G. I. 8. 4.

Helvetii — navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani [*qua minima altitudo fluminis erat*] — si perrumpere possent conati — repulsi hoc conatu destiterunt.

Verba: *qua minima altitudo fluminis erat*, eiicienda sunt.

XIII.

Id. Ibid. I. 13. 3.

Is ita cum Caesare egit: Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar constituisset [*atque esse voluisset*].

Ultima verba quae ut spuria notavi pro glossa vocabuli *constituisset* habenda sunt.

XIV.

Id. Ibid. I. 28. 5.

Boios petentibus Haeduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis colloca*rent*, concessit.

Pro colloca*rent* scribe colloca*ret*.

XV.

Id. Ibid. I. 39. 1.

Dum paucos dies ad Vesontionem — moratur, ex percontatione nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse praedicabant — saepenumero sese cum his congressos ne vultum quidem atque aciem oculo-

rum [*dicebant*] ferre potuisse — tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut —

Tolle molestum emblema *dicebant*.

XVI.

Id. Ibid. I. 40. 15.

Caesaris orationem qua milites perterritos incusat et adhortatur, absolvunt verba:

Quod si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibique eam praetoriam cohortem futuram.

Quibus aliena manus, interpretationis scilicet causa, addidit: *Huic legioni Caesar et indulserat praecipue et propter virtutem confidebat maxime.*

XVII.

Id. Ibid. V. 14. 3.

(Britanni) *capillo sunt promisso* atque omni parte corporis rasa praeter [*caput et*] labrum superius.

Si promisso sunt capillo quivis, opinor, sua sponte intelligit eos caput non radere. Quapropter delenda sunt verba: *caput et*.

XVIII.

Id. Ibid. VI. 33. 4.

Discedens post diem septimum sese reversurum confirmat — 5. Labienum Treboniumque hortatur, si reipublicae commodo facere possint, *ad eum diem* revertantur, ut — aliud initium belli capere possint.

Scribe: *ad eundem diem* revertantur.

XIX.

Cicero in C. Verrem Act. II. Lib. II. § 40.

Praescriptum tibi cum esset, homo impudentissime, quemadmodum iudices inter Siculos dares, cum imperatoris populi Romani auctoritas, legatorum decem summorum hominum dignitas, senatusconsultum intercederet, — cum *omnes ante te praetorem* Rupilias leges et in ceteris rebus et in iudiciis maxime servassent, tu ausus es pro nihilo prae tua praeda tot res sanctissimas ducere?

Scribendum: cum *omnes ante te praetores.*

XX.

Id. Ibib. V. 54.

D. C. S. „*libenter*" ait se facere; itaque perscribit. quid, si hoc verbo non esses usus [‚*libenter*'] nos videlicet invitum te quaestum facere putaremus?

Expunge ineptum vocabulum *libenter.*

XXI.

Livius XXI. 17.

§ 2 sex in eum annum decretae legiones.

§ 3 quatuor et viginti peditum Romanorum milia scripta et mille octingenti equites.

§ 5 inter consules ita copiae divisae: Sempronio datae legiones duae — [*ea quaterna milia erant peditum et treceni equites.*]

Postrema quae uncis inclusi verba male abundant.

XXII.

Id. Ibid. C. 51. 6.

(Ti. Sempronius consul) multis simul anxius curis exercitum

extemplo in naves impositum Ariminum mari supero misit — ipse compositis Siciliae rebus decem navibus oram Italiae legens Ariminum pervenit.

Magis placeret: exercitum mari su*pero* *prae*misit.

XXIII.

Id. Lib. XXXIX. 5. 5.

Ti. Gracchus trib. pleb. in oratione ad M. Aburium collegam suum:

ne hoc quidem cernere eum, fore ut memoriae ac posteritati mandetur eiusdem collegii alterum [*e duobus tribunis plebis*] suas inimicitias remisisse reipublicae, alterum alienas et mandatas exercuisse.

Delenda sunt verba: *e duobus tribunis plebis.*

XXIV.

Id. Lib. XLV. 38. f.

militum quidem propria est causa, qui et ipsi laureati et quisque donis quibus donati sunt insignes triumphum nomine cient, suasque et imperatoris laudes canentes per urbem incedunt.

Pro *cient* Madvigius legendum proponit *cientes.*

Mihi quidem vis verborum admodum augeri videtur, si legitur: trumphum (*suo quoque*) nomine cient.

Verba inserta excidere potuerunt propter similitudinem sequentis vocabuli *suasque.*

XXV.

Seneca de Clementia Lib. II. C. 6. f.

Misericordia vitium est animorum nimis *miseria* paventium.

Scribe: nimis *miseriam* paventium.